Περὶ γάμου

ANTIQUIORUM POETARUM PHILOSOPHORUMQUE GRÆCORUM
DE MATRIMONIO SENTENTIÆ
E QUIBUS MEDIÆ NOVÆQUE COMŒDIÆ
IUDICIA LOCIQUE COMMUNES
ILLUSTRENTUR.

DISSERTATIO

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB ILLUSTRISSIMO
UNIVERSITATIS BASILIENSIS
ORDINE PHILOSOPHORUM RITE IMPETRANDOS
SCRIPSIT

Fridericus Buddenhagen
Basiliensis.

PARTICULA I.

TURICI :: MCMXIX
Typis Gebr. Leemann & Co.

Περὶ γάμου

ANTIQUIORUM POETARUM PHILOSOPHORUMQUE GRÆCORUM
DE MATRIMONIO SENTENTIÆ
E QUIBUS MEDIÆ NOVÆQUE COMŒDIÆ
IUDICIA LOCIQUE COMMUNES
ILLUSTRENTUR.

DISSERTATIO

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB ILLUSTRISSIMO
UNIVERSITATIS BASILIENSIS
ORDINE PHILOSOPHORUM RITE IMPETRANDOS
SCRIPSIT

Fridericus Buddenhagen
Basiliensis.

PARTICULA I.

TURICI :: MCMXIX
Typis Gebr. Leemann & Co.

Genehmigt von der philologisch-historischen Abteilung der philosophischen Fakultät auf Antrag der Herren Professoren Dr. Peter Von der Mühll und Dr. Joh. Stroux.

Basel, den 10. Januar 1918.

Prof. Dr. E. **Pfuhl,** Dekan.

Durch die außerordentlichen Schwierigkeiten, die der Krieg und seine Folgen der Veröffentlichung umfänglicher Dissertationen bereiten, sah sich der Verfasser leider genötigt, bis auf weiteres auf einen Gesamtdruck seiner Arbeit zu verzichten und von der den Verhältnissen Rechnung tragenden Erlaubnis der Fakultät zu einem **Teildruck** Gebrauch zu machen. Derselbe bringt das erste Drittel der Gesamtarbeit, über deren Ziel und Inhalt im übrigen die beigegebene Praefatio und die Capitum tabula den nötigen Aufschluß geben mögen. Außer diesem Teildruck wurden der Fakultät vorschriftsgemäß zwei vollständige Kopien der ganzen Dissertation (in Maschinenschrift) z. H. der Universitätsbibliothek in Basel und der schweizerischen Landesbibliothek in Bern abgeliefert.

PARENTIBVS et VXORI
SACRVM.

Praefatio.

Commentationis huius argumentum et ratio ut ab initio satis intellegatur, nonnulla praemittenda mihi videntur cum de opusculi origine tum de consilii, quo rem olim aggressus eram, circumcidendi ac coartandi necessitate, cui inter ipsam disputationem conscribendam parere magis magisque cogebar materiae ubertate et abundantia.

Tum quidem, cum commentationem componere institui, ab Herzogio praeceptore meo maxime venerando monitus hoc fere propositum habui, ut tribus capitibus novae comoediae locos quosdam communes — de matrimonio, de servitio, de vita rustica — conferrem et examinarem atque cum poetarum philosophorumque priorum, aequalium, posteriorum iudiciis compararem ea fere ratione, cuius exemplum ac specimen postea inveni in libello, quem scripsit abhinc quattuor iam fere lustra *Fridericus Ranke* «*De Epicuri, Peripateticorum, Aristippi placitorum apud poetas comicos vestigiis*»[1]) Et sane operae pretium esse ad eiusmodi quaestiones animum intendere et alius quivis concedet, qui comparaverit, ut illustrissimo exemplo utar, «Militis gloriosi» vv. 678—722 cum Theophrasteo fragmento de matrimonio[2]), et egomet ipse magis in dies intellexi. Sed iam omnia ad locos illos tres pertinentia conquirenti mihi iudiciorum silva adeo augescebat, ut cunctis congestis mox cognoscerem fieri non posse, ut hac quidem disputatiuncula, quam ad summos honores impetrandos scripturus eram, totam materiam tractarem. Itaque remotis ceteris duobus locis, qui erant de servitio et de vita rustica, hoc loco de uno matrimonii argumento agere constitui. Et in animo mihi fuit ita iam aggredi rem, ut ab ipsa nova comoedia semper profi-

1) *Diss. Marb. 1900.* Maxime ad nos spectant quae contulit Ranke p. 80—88.
2) Cf. i(nfra).

ciscens singulos locos iudiciaque cum similibus poetarum philosophorumque antiquiorum et aequalium compararem. At hic nova et inexspectata difficultas obstitit, quominus hoc in consilio perstarem. Namque ipso illo tempore, quo ea, qua dixi, ratione materiam formaturus eram, liber ille mihi in manus venit, quem non ita multo ante conscripserat *Ph. E. Legrand* vir doctus Francogallus de novae comoediae materia et compositione et ratione.[1]) Quo in volumine uberrimo cum praeter alios eos quoque locos singulos, qui sunt de matrimonio et feminis, et ipse a nova comoedia orsus usque ad antiquam atque ad tragoediam Euripideam rediens summatim quidem, sed tamen diligenter persecutus esset auctor, periculum non mediocre fore speravi, ne quasi rem actam agere viderer, cum easdem res eadem fere via et ratione, modo accuratius pleniusque, tractarem. Ita factum est, ut aliter commentationem disponendam esse mihi persuaderem, idque in hunc potissimum modum, ut, quod eius fieri posset, temporum ordinem imprimis observans ab Hesiodeis carminibus per singula saecula decurrerem atque extrema libelli parte eademque antiquissima ipsos novae comoediae locos contemplatus cum iudiciis antea excerptis compararem. Quam rerum dispositionem, etsi runcinationis periculum quoddam opusculo meo inferre me non fugit, cum easdem rei coniugalis partes eosdemque locos communes per singula capita dissipare atque saepius ad easdem res reverti opus esset, tamen eo magis probandam esse existimavi, quod in iis libris, quos sive totos sive partim de rebus coniugalibus latius diligentiusque conscriptos esse cognoveram[2]), tempora aut mihil aut parum respecta inveniuntur.

[1]) *Ph. E. Legrand, Daos. Tableau de la comédie grecque pendant la période dite nouvelle. Annales de l'Université de Lyon. N. S. II 26. Lyon. Paris. 1910.*

[2]) *E. von Lasaulx, Zur Geschichte u. Philosophie der Ehe bei den Griechen. Abh. d. bayr. Ak. d. Wissensch., philos.-philol. Cl. VII. München 1855, p. 21–128 (= Stud. d. class. Altertums. Regensburg 1854 p. 374—458). W. A. Becker, Charikles, Bilder altgriechischer Sitte zur genaueren Kenntnis des griech. Privatlebens. Neu bearb. (3. Aufl.) von H. Göll. 1877/78. III p. 308–398.* Ubi etiam eos viros doctos, qui antea iam de mulierum condicione scripserant, laudatos habes. *Leop. Schmidt, Die Ethik der alt. Griechen. Berl. 1882. II p. 133–203. Th. Matthias, Zur Stellung der griech. Frau in der klass. Zeit. Progr. Realgymn. Zittau 1893. id., Urteile griech. Prosaiker üb. die Stellung der griech. Frau. N. Jahrbb. f. Philol. u. Paed., hrsg. v. A. Fleckeisen u. A. Richter. 147 (= Jahrbb. f. class. Philol. 39) 1893 p. 261–276.*

Cum hoc vero altero consilio qui huius commentationis capita vel veloci oculo percurrens comparabit, antiquiorum et aequalium quidem scriptorum Graecorum de matrimonio iudicia a me collata esse videbit, sed cunctam de nova comoedia partem, quam modo antiquissimam appellavimus, frustra quaeri mirabitur. Quamquam a nullo, qui totum quem scripsi libellum diligentius perlegerit, neque hanc ultimam amputationem vel, ut rectius dicam, contractionem non probatum iri spero, ad quam nunc etiam iisdem fere causis commotus sum, cum sic quidem nostri libelli fines eo planius a voluminis, quem scripsit Legrand, partibus illis discerni putarem atque ipse et iterandi molestias et nimii disputatiunculae incrementi periculum optime effugere mihi viderer. Imprimis igitur — ut denique pronuntiem quid velit quidque nolit commentatio, qua forma eam perscripsimus — iam non id egi, ut, quid in ipsa comoedia nova de matrimonio rebusque coniugalibus iudicaretur, exponerem, sed ut ad eiusmodi tractatum prolegomena tantum conscriberem, quorum finis esset, ut radices vel condiciones, e quibus comicorum illa iudicia evenerint, detegerentur atque ea quidem ratione ipsius comoediae loci illustrarentur. Nam ut in aliis rebus, ita in hac propria *νέα* quae dicitur quasi heres fuisse videtur litterarum Atticarum, quae praecesserant[1]). Atque idem cadit in mediam, quam vocant, quippe quae his ipsis in rebus a nova haud ita facile secernatur. Quod vero poetarum philosophorumque sententiis hic libellus definitur neglectis et historicorum oratorumque testimoniis et titulorum artisque operum velut vasorum monumentis, moderatione mihi usus esse videor, quae, ut praetermittam commentationis meae origines, et ipsa per se satis probatur. Nam etsi sic non cunctos materiae fontes exhaustos esse apparet, tamen officio satisfecisse me puto, quippe cui nil aliud propositum esset nisi loci comici cuiusdam condiciones litterarias, ut nostrae aetatis verbo utar, diligentius explicare. A comoedia igitur primum ipsius generis respectu ad ceteram poesim Graecam maximeque Atticam deductus sum.

---

[1]) Cf. *Legrand, l. l. p. 651 s.* (cf. et. *673*): La comédie nouvelle l'héritière quasi-universelle de la littérature attique antérieure.

Poetarum vero sententiis philosophorum addendae erant, non modo, quod poesim magna ex parte ex philosophia pendere constat, sed quod ipsis philosophorum cogitationibus ut in ceteris ita in his rebus vitae quasi ratio ac summa ducitur. Hoc vero qui secum reputaverit, eo minus nos vituperabit ceteros fontes tractare supersedentes. Denique quod temporum ordinem in commentatione componenda servavi, id ipsum huic argumenti formae bipertitae conducere iam reperitur, cum hac quidem disponendi ratione utentibus nobis subtemen, ut ita dicam, philosophicum semper suo loco et suo tempore promere liceat.

Haec fere habui, quae praemitterem. Ad ipsas vero quaestiones me transire minime decet, antequam maximas persolvero gratias, quas debeo iis viris doctissimis praeceptoribusque illustribus, qui me his rebus studentem ac saepius haesitantem consilio suo adiuvare non spreverunt: Rodolfo Herzog, cuius consilio atque auspiciis hoc argumentum tractandum suscepi, eiusque successori Vernero Guilelmo Jaeger, qui et ipse iisdem fere viae initae difficultatibus atque egomet offensus ut Alfredi Körte vel Ottonis Immisch tum Friburgiensium consilio benignissime oblato uterer me monuit. Ita factum est, ut summas gratias debeam etiam cum Alfredo Körte tum Immischio, qui qua est auctoritate in his rebus arbitri munere liberaliter suscepto ut operi coepto extremam manum imponerem me cohortatus est. Quod tandem factum esse gaudeo auspiciis benevolentissimis Petri Von der Mühll, qui, cum operam huius commentationis accurate recognoscendae benigne subiit, in perpetuum sibi me devinxit.

Poesis Graecae primo in limine stat **Homerus.** Nobis autem et eius ipsius et imitatorum carmina omnino neglegenda videntur non modo, quod a comoedia nimio temporis spatio remota sunt, verum etiam quod plane alium hominum cultum aliasque de vita sententias reddant. Cognoscimus quidem verecundiam atque pietatem quandam haud mediocrem — maiorem fortasse quam omni ab antiquitate[1]) — uxoribus atque matribus familias praestari, verum tamen ipsam earum naturam atque animi rationem quasi terram incognitam illis saeculis esse non minus intellegimus.[2])

Immo vero exordiendum esse nobis ab **Hesiodi** carminibus apparet, quem poetam ut primum — atque plane aliter atque Homerum Homeridasve — suam ipsius personam atque indolem proponere audientibus legentibusque veritum non esse scimus, ita et aliorum nec non mulierum indoli atque vitae rationi notandae studuisse videmus. Sunt autem duo loci, quibus fusius quid sentiat de matrimonio profitetur vates rusticus, THEOGONIAE

[1]) Poeta ipse iam pristinam hanc consuetudinem suo tempore aut obsolescere aut obsolevisse significare videtur de Alcinoi uxore cantans *(Od. VII. 66 ss.):*

τὴν δ' Ἀλκίνοος ποιήσατ' ἄκοιτιν,
καί μιν ἔτισ', ὡς οὔ τις ἐπὶ χθονὶ τίεται ἄλλη,
ὅσσαι νῦν γε γυναῖκες ὑπ' ἀνδράσιν οἶκον ἔχουσιν.

cf. *E. von Lasaulx, Zur Gesch. u. Philos. der Ehe b. d. Griechen. Abh. d. bayr. Ak. d. Wiss., philos.-philol. Cl. VII. p. 53 s.*

[2]) cf. *Leo Bloch, Alkestisstudien, N. Jahrbb. f. kl. Alt. VII (1901).* — Tamen prorsus nihil illis heroum carminibus inesse, quod quasi praesagium et indicium maioris cuiusdam dignationis ipsis mulierum personis tributae accipere liceat, asseverare vix possumus eorum praecipue memores, quae *Paulus Cauer pp. 286—296* libri sui: *Grundfragen der Homerkritik (Lips. 1909)* disputavit approbans in Odyssea et ipsum transitum ab uxoris emendae consuetudine ad dotandi institutionem (sed cf. etiam *G. Finsler, Hermes XLVII, 1912, pp. 414 ss.*) nobis apparere et Penelopae exemplo viduarum ab inveterata tutela emancipationem quasi anticipari. Sed haec etsi non indigna videantur memoratu, tamen magis ad communem vitae rationem pertinent atque a cogitatione iudicioque remotiora sunt quam quae accuratius nos hic cognoscere oporteat.

dico versus illos, quibus mulierum genus a perniciosa illa ducit deorum nuntia, quam Juppiter misit mortalibus ut κακόν, ᾧ κεν ἅπαντες τέρπωνται κατὰ θυμὸν ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες *(Op. 57 s.; Th. 570 ss., 591 ss.)*, et OPERUM praecepta ea, quorum viros matrimonium inituros recordari iubet *(vv. 695 ss.)*. In singulis utriusque loci sententiis, quoniam aut easdem aut similes apud scriptores quosdam aetate inferiores inveniemus, parumper commorari refert.

Plerisque sine dubio notum est, quam atris, ut ita dicam, coloribus matrimonii pericula atque incommoda depingat poeta πῆμα μέγα esse viris mulieres contendens, quippe quae fucorum more *(Th. 594—602)* οὐλομένης πενίης οὐ σύμφοροι, ἀλλὰ κόροιο *(593)* appareant. Etsi concedit *(vv. 603—607)* nec caelibis vitam molestiis aerumnisque liberam esse — sive quod is, qui uxorem non duxit, liberis in senectute curantibus et alentibus caret, sive quia cognati eius morte gavisi hereditatem partiuntur — tamen haec mala minora arbitrari videtur, cum pergit *(vv. 607—612)*:

> . . . . . ᾧ δ' αὖτε γάμου μετὰ μοῖρα γένηται,
> κεδνὴν δ' ἔσχεν ἄκοιτιν ἀρηρυῖαν πραπίδεσσι,
> τῷ δέ τ' ἀπ' αἰῶνος κακὸν ἐσθλῷ ἀντιφερίζει
> ἐμμενές [1]· ὃς δέ κε τέτμῃ ἀταρτηροῖο γενέθλης,
> ζώει ἐνὶ στήθεσσιν ἔχων ἀλίαστον ἀνίην
> θυμῷ καὶ κραδίῃ, καὶ ἀνήκεστον κακόν ἐστιν.

Huiusmodi mulierum repudiationi haud ita bene convenire videntur consilia illa, quibus idem poeta in *Operum* carmine uxorem ducturum adiuvat, et hoc ipso et verbis expressis matrimonii institutum approbans [2]), quamquam hanc quoque laudem

[1]) cf. *Antiphontis sophistae fr. 80 B 49 p. 598, 20 ss., 599, 9 ss. Diels*² (v. i.); *Theophrast. de matrim. ap. Hieron. adv. Jov. I 47 p. 315 B (E. Bickel, Diatribe in Senecae philos. frg.ª I p. 389, 27 s.)*.

[2]) Neque tamen sententiarum hanc discrepantiam nimis mirari nos oportet, quippe cum omnibus temporibus vitae usus — et ad hunc maxime Hesiodus *Opera* pepigit — cum vitae ratione atque doctrina non omni ex parte interdum congruat. Cogitet quis etiam poetam vel ipso aetatis progressu vel fortunae casibus nescio quibus commotum commutavisse sententiam.

subsequitur exceptio quaedam. Haec enim, postquam nonnulla de sponsi sponsaeque aetate monuit[1]), vatis sunt praecepta:

παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὥς κ᾽ ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς.
τὴν δὲ μάλιστα γαμεῖν, ἥ τις σέθεν ἐγγύθι ναίει,
πάντα μάλ᾽ ἀμφὶς ἰδών, μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς.
οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληίζετ᾽ ἄμεινον
τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ᾽ αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο,
δειπνολόχης· ἥ τ᾽ ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα
εὕει ἀτὲρ δαλοῖο καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν.

Quorum versuum singulae sententiae iterantur aut tanguntur a multis aliis, quos, quoniam maiore ex parte inferioribus libelli nostri capitibus proprie spectabuntur, hoc loco enumerare tantum liceat. Confer igitur quaeso

ad. vv. 695—98 similia de coniugum aetate praecepta *Solonis fr. 27, 9 s. B. et H.-Cr. Theogn. 457 ss. — Eur. fr. 24, 317, 807, 914 N.*[2] *Aristoph. Eccles. 323 ss.; fr. 600 K. I p. 544. — Plat. de re publ. V 460 E; de legg. VI 772 D, 785 B, VIII 833 D. Arist. Pol. VII 16, 1335 a 6 ss.* Denique testimonia collecta a *Stobaeo Anth. IV 22 parte quinta (p. 542 Hense)* inscripta Ὅτι ἐν τοῖς γάμοις τὰς τῶν συναπτομένων ἡλικίας χρὴ σκοπεῖν *(lemm. 109—117).*

ad *v. 699:* imprimis *[Aristot.] Oec. I 4, 1344 a 15 ss.,* ubi ipsa Hesiodi verba ponit atque laudat libelli auctor. Praeterea cum virginis ducendae praecepto contendas e comoedia *Epicratis frg. 9 (CAF II p. 285 K.)* et *Naev. 53 s. CRF Ribb.,* cum altera eiusdem versus parte, quae ad mariti munus uxoris erudiendae pertinet, *Xen. Oec. III 10 ss., VII 4 ss.; [Arist.] Oec. I 2, 1343 a 22 ss. III p. 144 s. Rose*[3]*; Callicratidam ap. Stob. IV 28, 18 p. 687, 16 ss., 20 Hense; Plut. praec. conj. 12 p. 139 D s. Antipatri Tars. fr. 63, vol. III p. 256, 5 ss. de Arn.; Nicostrat. ap. Stob. Anth. IV 23, 62 p. 594, 5 ss. H.*

---

[1]) Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτί οἶκον ἄγεσθαι | μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ᾽ ἀπολείπων | μήτ᾽ ἐπιθεὶς μάλα πολλά· γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος· | ἡ δὲ γυνὴ τέτορ᾽ ἡβώοι, πέμπτῳ δὲ γάμοιτο.

ad *v. 701: maxime Anaxandr. fr. 52, 11 (II. p. 158 K.)* et *[Menandri] monost. 103,* secundo loco *frg. adesp. 225. 272 K.,* ubi senex certe vicinis potius quam sibimet uxorem ducere dicitur.

ad *v. 702 ss.: Sem. Am. fr. 6 Bgk et H.-Cr.,* quibus versibus ipsa fere verba Hesiodea poeta iambicus imitatus esse videtur [1]; praeterea *Epicharmi fr. 35* Lorenz = Stob. Anth. IV 22, 84 H. (p. 529, 1 ss.). Soph. fr. 621 N.² = Stob. A. IV 22, 80 H. Theodect. fr. 13 N.² = Stob. ibd. 22, 67 H. Eurip. Or. 602 ss., fr. 78 N.², Melan. desm. fr. 494 N.² = fr. 6, 27 ss. Arnim (Suppl. Eur.), fr. 657, 1056, 1057 N.²; Anth. Pal. X 124* (vol. II 273 Dübn.) vv. 3 s.*

ad *v. 704* (δειπνολόχης)*: Sem. Am. fr. 7 v. 24. Arist. Eccl. v. 226.*

Hos quoque omnes locos una cum aliis *Stobaeus* iam contulit *Anth. IV 22 parte tertia:* ὅτι τοῖς μὲν ἐπωφελῆ τὸν γάμον, τοῖς δὲ ἀσύμφορον ὁ τῶν συναπτομένων ἀπετέλεσε τρόπος.

Alibi quoque commendatur a poeta matrimonium tamquam vitae institutum commune et necessarium, velut dicto illo apud veteres, ut videtur, praeclaro [2] *Op. v. 405:* οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε βοῦν τ᾽ ἀροτῆρα.

Ad extremum mentio quoque fiat versuum *Op. 373 ss.,* quibus praemonet poeta, ut mulieris ambitiosae caveat vir blanditias [3]), et *376 ss.,* quibus unius certe filii procreationem laudat.

---

[1]) Cf. *A. Kirchhoff, Hesiods Mahnlieder an Perses (Berol. 1889) p. 37.*

[2]) Cf. *Aristot. Pol. I 2, 1252 b 10 12; [Arist.] Oec. I 2, 1343 a 21. Philodem. Περὶ οἰκονομίας ed. Jensen col. VIII 26 ss. — v. 406* (κτητήν, οὐ γαμετήν, ἥ τις καὶ βουσὶν ἕποιτο) et ab Aristotele et ab auctore Oeconomici neglectus ideoque a recentioribus editoribus condemnatus posterioris esse aetatis apparet, quae — id quod re vera congruit ad vetusti illius temporis condiciones — domum servis carere posse vel non iam intellegebat vel certe mirabatur. Idem fere ex Arstotelis loco colligere licet *(Pol. I 2, 1252 b 9 ss.)*: ἐκ μὲν οὖν τούτων τῶν δύο κοινωνιῶν (sc. viri et mulieris, domini et servi) οἰκία πρώτη, καὶ ὀρθῶς Ἡσίοδος εἶπε ποιήσας· ‛οἶκον μὲν πρώτιστα . . .᾽ eqs. Ὁ γὰρ βοῦς ἀντ᾽ οἰκέτου τοῖς πένησίν ἐστιν. cf. *Ed. Meyer, Die Sklaverei im Altertum. Jahrb. d. Gehe-Stift. zu Dresden III (1899) p. 297 s. = Kl. Schriften zur Geschichtstheorie u. zur wirtschaftl. u. polit. Gesch. d. Alt. (1910). Rzach, Hes. ed. mai. ad l. G. Vogel, Die Ökonomik des Xenophon, Diss. Erl. 1895, p. 11 n. 1. W. Krœmer, De Aristot. qui fertur Oecon. libro primo. Diss. Giss. 1910 p. 50 s.*

[3]) Cf. *[Men.] monost. 600.*

Quibus e testimoniis, quamvis iniqua maiore ex parte nobis appareant, tamen mulierum indolem atque condicionem hominum oculos atque cogitationem in se convertere coepisse intellegimus[1]).

Neque multum ab Hesiodo distant **poetae iambici et elegiaci,** quod quidem ex eorum reliquiis cognoscatur. Quorum de matrimonio sententias cum *Lasaulx* diligentius iam collegerit *(l. l. p. 59—67)*, satis ego habeo eas hoc loco commemorare, quae maioris momenti esse mihi videntur. Atque maxime nostram ad rem pertinent notissimi **Semonidis Amorgini** iambi, quibus singulas muliebris generis species a singulis partim bestiis pecudibusque partim naturae elementis ortas esse exponit cavillator poeta *(fr. 7 Bgk. et H.-Cr.)*, ad porcum referens originem sordidae, immundae, corpus domumque suam neglegentis *(vv. 2—6)*, ad vulpem versutae, infidae, omnia ad suum commodum vertentis *(7—11)*, ad canem curiosae, iurgiosae, insolentis, *ἡ πάντ' ἀκοῦσαι, πάντα δ' εἰδέναι θέλει, πάντῃ δὲ παπταίνουσα καὶ πλανωμένη λέληκεν* *(12—20)*, a terra repetens tardae, immobilis, stupidae, quae nil nisi edere sciat *(21—26)*, a mari variae et mutabilis semper atque difficilis feminae *(27—42)*, ab asina hebetis, gulosae, cuiuslibet in libidinem se prostituentis *(43—49)*, a mustela libidinosae, virosae, fastidiendae, furacis, impiae *(50—56)*, ab equa superbae, laborem quemvis fugientis, ambitiosae:

Καλὸν μὲν ὦν θέημα τοιαύτη γυνὴ
ἄλλοισι· τῷ δ' ἔχοντι γίγνεται κακόν,
ἢν μή τις ἢ τύραννος ἢ σκηπτοῦχος ᾖ,
ὅστις τοιούτοις θυμὸν ἀγλαΐζεται. (57—70),

denique e simia deformis, taetrae eiusque malitiosae: *τοῦτο δὴ διακριδὸν Ζεὺς ἀνδράσιν μέγιστον ὤπασεν κακόν* *(71—82)*.

Poetam in mulieres tam acerbe ac contumeliose invectum quis est qui exspectet etiam aut virtutis aut utilitatis quicquam omni generi relicturum esse? Attamen tot pravarum enumerationi

---

[1]) Idem etiam tertii carminis Hesiodei ipsa ratione atque titulo *Κατάλογος γυναικῶν — ἠοῖαι* quodammodo comprobari ratiocinatur *L. Bloch, (l. l. p. 26 n. 1)* collatis praesertim *Servii* verbis *in Verg. Aen. VII 268 (= fr. 1b Rzach):* Hesiodus etiam *περὶ γυναικῶν* inducit multas heroidas optasse nuptias virorum fortium. — Nonne herbas crescere exaudivit vir doctus?

et descriptioni singularis quaedam uxoris perfectissimae imago nobis proposita continuatur, qua neque ab aliis atque omnino matrimonium landantibus poetis praestantior nobis servata est *(83—91)*:

Τὴν δ' ἐκ μελίσσης· τήν τις εὐτυχεῖ λαβών·
κείνῃ γὰρ οἴῃ μῶμος οὐ προσιζάνει.
θάλλει δ' ὑπ' αὐτῆς κἀπαέξεται βίος·
φίλη δὲ σὺμ φιλεῦντι γηράσκει πόσει,
τεκοῦσα καλὸν κὠνομάκλυτον γένος·
κἀριπρεπὴς μὲν ἐν γυναιξὶ γίγνεται
πάσῃσι, θείη δ' ἀμφιδέδρομεν χάρις·
οὐδ' ἐν γυναιξὶν ἥδεται καθημένη,
ὅκου λέγουσιν ἀφροδισίους λόγους.

Sed nimirum raram avem, ut Theophrasti Hieronymiani verbo utar[1]), existimare videtur Semonides huiusmodi uxorem, quippe qui secundum tantam laudem denuo feminarum sexum accusare non moretur *(vv. 94—118)*[2]): extremum malum viris dedisse Jovem mulieres *(96 s., 115)*, quae etiam, si frugi esse videantur, ἔχοντί τοι μάλιστα γίγνεται κακόν *(97 s.; cf. 108 s.)*.

[1]) Cf. *Hieron. adv. Jovin. I 47 p. 315 B.*

[2]) Offendebaut quidem viri docti in hac ultima carminis parte, nec sane negari mihi posse videtur eam et in se et qua ratione cum prioribus iuncta est, offensionis aliquid habere, quod — ut nil dicam de *Ribbeckii* totius poematis transmutatione nimis arbitraria *(Mus. Rh. XX, 1865, p. 74—89)* — versibus 94 s. inclusis (Jordan, Hiller-Crusius) minime tollitur neque etiam traditorum interpretatione, qualem faciebat *L. v. Sybel (Herm. VII, 1873, p. 327 ss., 348)* totum atque fere integrum carmen nobis servatum esse asseverans, satis explicatum videtur. Fortasse recte iudicavit *Bergkius (PLG ad l.)* „duos diversos locos, sed utrumque ex Semonidis iambis decerptum, coaluisse lemmate, quod olim post v. 95 legebatur, τοῦ αὐτοῦ intercepto", integrum esse ratus carmen, quod in mulierum ingeniis describendis versatur v. 1—95. Alienam a cetero carmine etiam *L. Schmidt, Ethik d. alt. Griech. (Berol. 1883) II, p. 177; 465 n. 34* hanc extremam partem arbitratur. Sed nescio an et huius difficultatis causam et alterius, quae est in ipsa priore parte parum diligenter disposita, aptius e prima Semonidis carminum condicione repetamus, quorum „exemplaria vetera non legentibus, sed canentibus et declamantibus consuluisse" Hillerus Crusius editores suspicati sunt; potest igitur fieri, ut non ipsius auctoris scriptio ad nos pervenerit, sed eorum, qui eius carmina memoria tradita pronuntiabant.

99 Οὐ γάρ κοτ᾽ εὔφρων ἡμέρην διέρχεται
100 ἅπασαν, ὅστις σὺν γυναικὶ πέλεται,

οὐδ᾽ αἶψα λιμὸν οἰκίης ἀπώσεται,
ἐχθρὸν συνοικητῆρα, δυσμενέα θεῶν.

ἀνὴρ δ᾽ ὅταν μάλιστα θυμηδεῖν δοκῇ
κατ᾽ οἶκον ἢ θεοῦ μοῖραν ἢ ἀνθρώπου χάριν,
105 εὑροῦσα μῶμον ἐς μάχην κορύσσεται.

108 ἥτις δέ τοι μάλιστα σωφρονεῖν δοκεῖ,
αὕτη μέγιστα τυγχάνει λωβωμένη·
110 κεχηνότος γὰρ ἀνδρός — οἱ δὲ γείτονες
χαίρουσ᾽ ὁρῶντες καὶ τόν, ὡς ἁμαρτάνει.
τὴν ἣν δ᾽ ἕκαστος αἰνέσει μεμνημένος
γυναῖκα, τὴν δὲ τοὐτέρου μωμήσεται·
ἴσην δ᾽ ἔχοντες μοῖραν οὐ γιγνώσκομεν.

115 Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ᾽ ἐποίησεν κακόν,
καὶ δεσμὸν ἀμφέθηκεν ἄρρηκτον πέδῃ,
ἐξ οὗτε τοὺς μὲν Ἀΐδης ἐδέξατο
γυναικὸς εἵνεκ᾽ ἀμφιδηριωμένους
* * * * * *

Huius carminis summam respicientes omnino eandem his iambis sententiam ab auctore fusius uberiusque explanatam esse intellegimus, quam ex Hesiodo expressisse eum supra iam cognovimus collatis *Operum* versibus *702 s.* cum *Semonidis frg⁰. 6 (Bgk. et H. Cr.):*

Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ᾽ ἀνὴρ ληΐζεται
ἐσθλῆς ἄμεινον οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.

Sed et alia quaedam insunt, quibus Ascraei poetae commonefimus atque Heracliti illud *(Diels. Vors. 12 B 57)* comprobatur Hesiodum omnium praeceptorem esse. Minime vero nos fugere potest, quam saepe Semonidis dicta ab inferioribus aetate scriptoribus — sive consciis sive insciis — iterata sint. Primum quod quidem attinet ad ipsam hanc rationem, qua mulierum

mores ad bestias quasdam tamquam earum procreatrices proaviasque referuntur, vel mulieres ipsae cum animalibus ad earum ingenia convenientibus comparantur, locum communem habere videmur handquaquam Graecis unis proprium[1]). Pro veterrimis verum testimoniis habere licet Semonidis carmen eiusque imitatorum locos. Certe similium imaginum ex animalium genere petitarum frustulis paucis, quae in Graecis litteris ante Semonidis aetatem conscriptis inveniuntur[2]), vix adducimur, ut Amorgini poetae carmini inventionis novitatem proprietatemque abiudicemus[3]). Similium testimoniorum posterioris aetatis maxime est notabile **Phocylidis** *fr. 3 Bgk (1 H.-Cr.)*, ubi tres mulierum species ab equa, a porca, a cane ducuntur, quarta autem ab ape *(vv. 6 ss.): ...... ἡ δὲ μελίσσης οἰκονόμος τ' ἀγαθὴ καὶ ἐπίσταται ἐργάζεσθαι· ἧς εὔχευ, φίλ' ἑταῖρε, λαχεῖν γάμου ἱμερόεντος.)*

Accedunt *Hes. Th. 594 ss.* vel etiam *Eurip.*[4]) *Androm. 269 ss. Aristoph. Lys. 1014 s. Alexidis fr. 92 (II 26 K.), Menandri fr. 488 (III 575 K.); monost. 248.* Ad Semonidis locos, quibus a naturae elementis quibusdam mulieres vitiosae originem traxisse dicuntur *(7,20 ss., 27 ss.)*, conferas velim *Eur. fr. 1045 N.² vv. 1—4; [Men.] monost. 264. — Pallad. Anth. Pal. IX 167 (vol. II 33 Dübn.).*

Ad singula transeuntibus, quae mulieribus vel vitio vel laudi dantur, haec fere quae comparentur idonea sunt:

Sem. vv. 7 ss.: Eur. Androm. 85. Hippol. 616. Iph. T. 1032. Med. 407 ss. — fr. 321, 464 N.². — Aristoph. Eccl. 273 s. — Plaut. Mil. 185 b ss. — Publil. Syr. sent. 324. — Nicostrat. ap. Stob. Anth. IV 23, 65 p. 598, 13 ss. H.

---

[1]) Cf. *Bolte, Ein dänisches Märchen von Petrus und dem Ursprung der bösen Weiber. Zschr. d. Ver. f. Volksk. 11 (1901) p. 252 ss.* De populari huius comparationis origine monuit iam *Bergk, Gr. Litt. II p. 198.*

[2]) e. g. ap. Homerum et Hesiodum, cf. *L. v. Sybel l. l. p. 356.*

[3]) *id. ibd.:* «Die Schöpfung der Tierbilder selbst bleibt unbestrittenes Eigentum des Sem.; mit dieser Idee hat er die hesiodeische generelle Frauencharakteristik einerseits begründet und vertieft, anderseits aber auch berichtigt. Indem er den Gattungscharakter in eine Reihe spezieller Typen zerlegte, ward er dahin geführt, auch die anerkennenswerten Repräsentanten des Geschlechts hervorzuheben, und mit Wärme und Begeisterung hat er die Biene geschildert.»

[4]) De Semonidis sententiis, quae in fabulis Euripideis recurrunt, egit iam *W. Nestle, Unterss. üb. d. philos. Quell. d. Eur. Philol. Suppl. VIII (1899—1901) p. 633 s.*, et in libro quem *de Euripide* scripsit *p. 268 s.* et *513.*

Sem. vv. 12 ss.: Aristoph. Eccl. 116 ss. — Xenarch fr. 14 K. (II). — Plaut. Aul. 123 ss. Cas. 497 s. Mil. 681. Poen. 32 ss. Rud. 904 s. Ter. Heaut. 1006—1010. — Liban. decl. XXVI, vol. VI p. 511 ss. Förster. Theophr. de matrim. ap. Hieron. adv. Jov. 47 p. 313 d (Bickel, Diatribe etc. p. 388, 19).

„ „ *46 s.* (cf. etiam *24* et *53): Hes. Op. 704. — Aristoph. Eccl. 226.*

cum *Sem. vv. 48 s.* (cf. et. *108—111*) conferas creberrimos illos locos, quibus et poetae (maxime comici) et philosophi ioco seriove cavillantur, obiurgant, perstringunt, praemonent, condemnant adulterium a mulieribus vel concupitum vel commissum velut *Hes. Op. 701* (v. s.). — *Eur. Hipp. 405 ss.; fr. 1015, 1063 N.*[2]; — *Aristoph. Lys. 723 ss., Thesm. 340 ss., 390 ss., 477 ss., Ran. 1050 s., Eccl. 225; fr. 10. 187 K.*[1]) *Anaxandr. fr. 52, 11 s. K. (II). Menand. Cith. 61 s.; fr. 261. 657 K. (III). [Men.] monost. 103; Com. fr. adesp. 225. 272 K. III p. 451. 457. — 1578 K. III. = Aristaen. ep. II 15; — Antisthen. fr. 93 Mull.* (v. i.); *Theophr. de matrim. ap. Hieron. adv. Jov. I 47 p. 314 B (E. Bickel, Diatribe etc. p. 389, 3—5; 8—10); Phintys ap. Stob. Anth. IV 23, 61. 61 a, p. 590 s. Hense; Perictione ibd. IV 28, 19 p. 689, 4 ss., 691, 14 ss. H.; Nicostrat. ibd. IV 23, 65 p. 597 s. H.*

cum *vv. 50 ss., 71 ss.* forsitan exempla illa matronarum corporis foeditate vel vitiis quibusdam fastidium maritis afferentium in Menandri *Plocio fr. 402 K., Plauti Asinaria vv. 893 ss.*[2]); cf. etiam *Most. vv. 274 ss.*[3])

cum *v. 53*, qui est de mulierum libidine parum modica, contendas velim *Eur. Androm. 218 ss.* ac maxime quam iocosam matronarum libidinosarum imaginem proponit spectatoribus *Aristophanes* in *Lysistrata* (cf. e. g. *107 ss.,*

---

[1]) V. infra.

[2]) *Sem. v. 54: τὸν δ' ἄνδρα τὸν παρόντα ναυσίῃ διδοῖ: Plaut. As. vv. 894 s.:* .... nauteam | bibere malim .... quam illam (sc. uxorem) oscularier.

[3]) *Horatii* quoque cavillationis commonefias *(e. g. Epod. 8. 12).*

124 ss., 129 ss., 137 ss., 215 s., 706—761) quodque uno versu complectitur Praxagora in *Eccl. v. 228.* Similia recurrunt praeterea in *Anaxandridis fr.° 60 K. (II),* in *Anth. Pal. X 56, 6 s.,* ap. *Aristaen. ep. II 3.*

cum *vv. 57 ss.: Hes. Op. 373 s.; — [Epich.?] fr. 35* Lor. = fr. 4 p. 125 Demianczuk* [1] *v. 5; — Eur. Hipp. 630 ss.* [2]*; — Aristoph. Lys. 42 ss.; — Menandri fr. (332. 333?) 610 K. (III); Plaut. Epid. 229—35, Most. 274 ss. — Alciphr. ep. II 8 ed. Schep.; (Luc.) Am. 39 ss.*

cum altera fragmenti parte universa *(vv. 97 ss.),* qua nullam fere esse mulierem, quae domum ingressa viro non fiat causa molestiarum curarumque exponit poeta, optime componere mihi videor *Hes. Th. 607—10; Anaxandr. fr. 52 K. (II); — Antiph. soph. fr. 49 p. 598, 20 ss. Diels². Theophr. de matr. ap. Hieron. adv. Jov. I 47 p. 313 s.*

cum *vv. 101 s.* (cf. *69 s.*)*: Hes. Op. 704 s. — Anaxandr. fr. 52, 6—8 K. Menand. fr. 601* (v. *Strab. VII p. 297 = c. 5 vol. II p. 408, 22 ss. ed. Mein.). [Men.] monost. 77, 468; — Antiph. soph. fr. 49, p. 598, 11 ss.—14 Diels². Theophr. l. l. p. 313 D.*

cum. *vv. 103 ss: Menand. fr. 302, 6. 754. 802. 803. Plaut. mil. v. 681* (mulier oblatratrix). *Com. Rom. fr. inc. inc. fab. XIX (26) p. 116 Ribb.²*

denique cum *vv. 115 s.* innumerabiles fere locos (hos quoque maiore ex parte comicorum), quibus genus muliebre matrimoniumve tamquam κακόν, βάρος, φορτίον, vinculum viri libertatem constringens vel ipsa pernicies denotatur repudiaturque velut *Hes. Th. 591 ss. Op. 57 s. Solon. v. s. Clinias ap. Plut. quaest. conv. III 6, 3 p. 654 B = Diels Vors.² 41, 5 p. 267, 19—21. Democr. 55 B 170 Diels V.² (I p. 384, 15 ss.). Antisth. fr. 93 Mull. — Eur. Hipp. 616 ss. Med. 569 ss. Or. 605 s. Susarion ap. Kock I p. 3. Epich. fr. 34*. Aristoph. Lys. 1038 s. Antiph. fr. 221. 292 K. (II). Eubul. fr. 116. 117. Philem. fr. 196. 198. 236. 239 K. (II). Menandr. fr. 1.*

---

[1] V. i.

[2] Cf. *Nestle* l. l.

65. 302. 532,16 s. 535. 648. 651. 799 (= monost. 684) K. Alexis fr. 146. 262 K. Com. fr. adesp. 134. 296/297 K. [Men.] monost. 56 (= 595). 78. 91. 95. 102. 197. 362. 382. 437. 468. 541. — Plaut. Aul. 145 ss. Mil. 678 ss. Ter. Ad. 42 ss. 867.

Quarum sententiarum non paucae iam ap. *Stobaeum* in singula capita collecta inveniuntur sub titulis *Ὅτι οὐκ ἀγαθὸν τὸ γαμεῖν (IV 22, 2 H.)* et *Ψόγος γυναικῶν (IV 22, 7 H.)*.

Iniquis his testimoniis allatis relinquitur, ut quae congruant cum bonae uxoris imagine a Semonide *vv. 83—91* expressa inspiciamus:

ad *v. 85* cf. (— inter alios non paucos locos, quibus mariti significatur multum interesse quam diligens sit quantaque virtute domestica praedita mulier —) *Hes. Op. 405; Phocyl. fr. 1, 7; Eur. Iph. A. 1159 s.; fr. 1055 N.²; — Com. Att. fr. adesp. 119, 4 K. [Men.] monost. 99* (cf. etiam *84. 93.*). — atque magis philosophorum rhetorumque sententias velut Menonis (= Gorgiae?[1])) in *Platonis Men. 71 E, Xenophontis (Oec. III 10; 15* et *VII—X), Antipatri Tars. fr. 63, vol. III p. 256, 17 ss. Arn.*, nec non quae contra hanc matrimonii laudem Stoicam disputat *Theophrastus de matr. ap. Hieron. adv. Jov. 47 p. 314 E / 315 A.*[2]).

Nec quas continent *vv. 86* et *87* sententias, minus saepe recurrunt; ut priori earum, qua mutuus coniugum perpetuusque amor praedicatur, in philosophorum, sophistarum. rhetorum doctrinis praeceptisque maior locus relinquitur, ita sententia altera monemur de eo, quod ab omnibus omnium temporum Graecis sicut et caput et finis matrimonii habebatur, atque confirmatur ipsa prisca sanctaque formula *τοῦ γάμου ἐπ' ἀρότῳ γνησίων παίδων*[3]), qua filia a patre vel tutore marito futuro despondetur.

---

[1]) Gorgiae placitum de propriis generum humanorum virtutibus subesse videtur, cf. *E. Zeller, Phil. d. Gr. I⁵ b p. 1122. M. Sehanz, Beitr. z. vorsokr. Philos. aus Plat. 1. Heft: Die Sophisten (Gött. 1867) p. 120.*

[2]) Cf. *K. Praechter, Hierokl. d. Stoik. Exc. II p. 130.* — V. i.!

[3]) *Menand. Perikeir. vv. 435 s. Körte; fr. 720 K.* Cf. *Lasaulx l. l. p. 31 s.*

Minime denique solus Semonides inter praecipuas uxoris laudes numeravit pudorem, qui abhorret a lubrica mulierum societate nil nisi res amatorias garrientium *(vv. 90 s.)*; muliebris enim huius vitii — quod ex neglecta animi eruditione manavisse apparet[1]) — crebram fuisse reprehensionem colligitur ex *Eur. Andr. 943 ss.; Troad. 645 ss.!* (cf. et. *Hippol. 384*). — *[Arist.] Oec. III p. 140, 8 s. Rose*[3]. *Naumach. ap. Stob. IV 23, 7 p. 572, 20 ss. Hense (cf. Nicostr. ibd. 64 p. 596, 9 ss.). Plut. praec. conj. 40 Mor. p. 143 E s.*

Quorum omnium summam respicientes tot tantasque esse similitudines inter versus Semonidis et posteriorum cum aliorum auctorum tum poetarum comicorum de matrimonio sententias intellegimus, ut ei, qui ipsam hanc comoediae partem sursum deorsum considerare decrevit, Semonidis carmen minime neglegendum esse liqueat.

Paucioribus posthac nobis absolvere licet reliqua fragmenta iambica et elegiaca, quae nobis servata sunt.

Solonem, qui aequalis fere Semonidis fuisse videtur, etsi vel ex eo, quod virum rei publicae gerendae peritissimum se praestitit, matrimonio favisse consentaneum sit[2]), ex ipsis eius fragmentis unum testimonium afferri potest:

fr. 27, 9 B. *πέμπτῃ* (scil. *ἑπταετίᾳ*) *δ' ὥριον* (*ὡρίον B.*[4]) *ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι*
καὶ παίδων ζητεῖν εἰσοπίσω γενεήν.

Quibus versibus nil nisi vulgarem opinionem pronuntiavisse videtur poeta[3]).

At fortasse etiam legem illam hoc loco nobis adhibendam esse dicat quis, quam *Plutarchus* affert in *vita Solonis c. 20*: *τῶν δ' ἄλλων γάμων* (sc. qui non essent epiclerorum) *ἀφεῖλε τὰς φερνάς, ἱμάτια τρία καὶ σκεύη μικροῦ νομίσματος ἄξια κελεύσας, ἕτερον δὲ μηδέν, ἐπιφέρεσθαι τὴν γαμουμένην,* quibus de suo videlicet Plutarchus addit: *οὐ γὰρ ἐβούλετο μισθοφόρον οὐδ' ὤνιον εἶναι*

[1]) Cf. *L. v. Sybel l. l. p. 344.*

[2]) Leges, quas Solo de matrimonio constituisse traditur, congestae ac tractatae sunt a *Carolo Sondhaus, De Solonis legibus. Diss. Jen. 1909 p. 15 ss.*

[3]) Cf. *Boll, N. Jahrb. f. kl. A. XXXI (1913) p. 114.*

τὸν γάμον ἀλλ' ἐπὶ τεκνώσει καὶ χάριτι καὶ φιλότητι γίνεσθαι τὸν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνοικισμόν.

Sed dubium videtur, num ea fuerit unica vel antiquissima legis causa. Quamquam neque eorum nostrae aetatis virorum doctorum sententiam temere omninoque acceperim, qui vocem φερνῆς de mobilibus tantum rebus illis quidem temporibus usitatam fuisse monentes nil aliud voluisse Solonem docuerunt nisi ne «divites nummis, qui illis quidem temporibus rarissimi erant, et bonis mobilibus coacervatis opes exstruerent»[1]). Certe num Solo ipse in lege φερνὰς dixerit vel eo dubium fit, quod genuinae linguae Atticae est προίξ; Plutarchus suae aetatis sermonem adhibuisse videtur[2]). Accedit, quod iis prosae Atticae locis, quibus unis vocem φερνῆς invenimus *(Xen. Cyr. VIII 5,19. Aeschin. 2,31)* ipsa ea voce agrorum dos significatur.

Prae testimoniis modo laudatis nihili faciendum videtur apophthegma, quod legitur apud *Stob. Anth. IV 22, 64 p. 521, 4 ss. H.* sub lemm. Σόλωνος[3]): ⟨Σόλων⟩ συμβουλεύοντός τινος αὐτῷ τῶν μὴ γαμούντων ἐπιτίμιον τάξαι „χαλεπόν" εἶπεν, „ὦ ἄνθρωπε φορτίον ἡ γυνή". Quod responsum alienum esse a Solonis ingenio satis manifestum est.

Hipponactis sub nomine usque ad recentissimum tempus servabantur Stobaeo auctore *(Anth. IV 22, 35 p. 515, 19 ss. H.)* celebres illi choliambi *(fr. 29 Bgk.)*

Δύ' ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισται,
ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Sed litteris, quae in papyro Berolinensi *9773 (Berl. Cl. T. V 2 (1907) p. 130)* ex lemmate horum versuum relictae sunt *(..Α..Υ..Σ)*,

---

[1]) Sic — *Glotzium* maxime secutus *(La solidarité de la famille dans le droit criminel en Grèce, Par. 1904, p. 33)* · *Sondhaus l. l. p. 29. 31.*

[2]) Cf. *W. Aly, de Aeschyli copia verborum, Diss. Bonn. 1904, p. 34 ss.*

[3]) In hoc ipso dubia videtur codicum fides; cf. *Hense* ad l. De Solone huius dicti auctore dubitavit etiam *Göll* in additamento *ad Bekkeri Char.³ p. 342 s.*

Stobaei fides admodum imminuitur[1]). Ceterum dicteriorum, quae cum hoc loco habeant aliquam similitudinem, nulla scilicet est penuria. Acerbiore etiam colore eadem sententia expressa est a *Chaeremone ap. Stob. Anth. IV 22^{II}, 50 p. 519, 1 s. H. (= fr. 32 TGFN^2)* [2]) : *γυναῖκα θάπτειν κρεῖσσόν ἐστιν ἢ γαμεῖν.*; cf. *Eur. (?) fr. 1112 N^2. CAF Adesp. 1224 K.* Huc etiam socci facetiae referendae videntur velut *Plaut. As. 18 s., 38 ss., 900; Aul. 155 s.; Cas. 354; Cist. 175; Ep. 173 ss.; Trin. 42. Caec. Stat. 163 CRF Ribb.^{2} p. 63.* Cf. et. *Ph. Legrand, Daos p. 149 n. 7.* Denique cf. *Anth. Pal. XI 50. 375. 381.*

Omittentes iam hoc loco fragmentum *72 B. (82 H.—Cr.)*, quippe quod ab Hipponacte utique abiudicandum atque inter scaenicorum potissimum fragmenta recipiendum esse iam dudum omnes fere consentiant, ad ultimum nunc priscorum poetarum elegiacorum pervenimus, cuius sub nomine legimus nonnulla, quae ad nostrum pensum pertinent,

Theognidem dico. Qui ut omnino acrem optimatium defensorem se praebet, item de matrimonio ineundo dat praecepta ad nobilium semen servandum praecipue spectantia, *vv. 183 ss.* (sim. *vv. 1109 ss., 1112!*):

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
βήσεσθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
ἐσθλὸς ἀνήρ, ἤν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ.
οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
πλουσίου, ἀλλ᾽ ἀφνεὸν βούλεται ἀντ᾽ ἀγαθοῦ.
χρήματα γὰρ τιμῶσι· καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημεν

---

[1]) Vix sane dices, quis alius versuum tam apte Hipponactis ingenio convenientium auctor sit existimandus nisi hic ipse. Integram reliquerunt quaestionem et papyri editores et Stobaei. Alexandrini cuiusdam poetae choliambici versus esse suspicatur *G. A. Gerhard, Phoinix v. Kolophon (1911) p. 289 s.; id. P.-W. Re. VIII (1913) c. 1893, 33 ss.*

[2]) *Φιλήμονος* coniecit *Meineke Com. Gr. IV p. 690. (Philem. fr. 236* et *Adesp. 1265 K. II et III).* Recurrit versus inter *[Men.] monost. 95.* Cf. *Hense* ad Stobaei locum.

καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ· πλοῦτος ἔμειξε γένος.
οὕτω μὴ θαύμαζε γένος, Πολυπαΐδη, ἀστῶν
μαυροῦσθαι· σὺν γὰρ μίσγεται ἐσθλὰ κακοῖς.

Cuius admonitionis summa sententia: *εὐγενὴς ἀπ᾽ εὐγενῶν*, quam ex illo tempore locum habere coepisse et in philosophorum[1]) et in poetarum disputationibus videmus, adnumeranda est magno illo numero consiliorum praeceptorumque, quae vel sola vel praecipua sint observanda in uxore deligenda, eodemque pertinent *vv. 457—460* de uxoris aetate:

Οὔ τοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι·
οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται ὡς ἄκατος,
οὐδ᾽ ἄγκυραι ἔχουσιν· ἀπορρήξασα δὲ δεσμὰ
πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα.

Ad priorem harum elegiarum, qua vetus illud *τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα* vel *γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων*[2]) ad suam rationem propriam vertit poeta nobilis, congruunt alius magis alio loci velut *Eur. Andr.*

---

[1]) Omnino quae fuerit auctoritas Theognidis apud antiquos, imprimis apud philosophos optime illustravit *E. de Geyso* priore commentationis suae *(Studia Theognidea, Diss. Argent. 1892)* parte *p. 7—45*. Ipsi *vv. 183 ss.* tractantur *Xenophontei libri Περὶ Θεόγνιδος* (— quem falso Antistheni tribuisse Geysonem l. l. p. 29 ss. assentior *Gerhardio Phoin. v. Kol. p. 258 n. 12.* —) *fragmento ap. Stob. Anth. IV 29, 53 p. 724s. H.* (de quo fusius diputavit *O. Immisch, Xenophon üb. Theogn. u. das Problem des Adels. Comment. Ribb. Lips. 1888, p. 73 ss., 77*) ea quidem ratione, ut translaticiae versuum interpretationi (*τὸν ποιητὴν πολυχρημοσύνην τῶν ἀνθρώπων κατηγορεῖν καὶ ἀντὶ χρημάτων ἀγένειαν καὶ κακίαν ἀντικαταλλάττεσθαι εἰδότας*) propria opponatur: *τοὺς ἀνθρώπους οὐκ ἐπίστασθαι γεννᾶν ἐξ ἀλλήλων, κᾆτα γίγνεσθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων κάκιον ἀεὶ μιγνύμενον τὸ χεῖρον τῷ βελτίονι.* Attamen *τῶν πολλῶν* illa interpretatio fulciri videtur etiam *Aristotelis fragmento* ex libro *Π. εὐγενείας* conservato *ap. Stob. Anth. IV 29, 25 p. 710s. H. = fr. 92 R.*[3], ubi Theognidis iudicium una cum *Euripidis fr.° 395 N.*[2] profertur. (cf. *Immisch l. l. p. 78 s.; Geyso l. l. p. 27)*. Atque equidem profecto neque in hac neque in illa sententia sola et una versus Theognideos defigendos esse censuerim, immo ea ratione interpretandi mihi videntur, ut poeta ipso argumento, quod praecipue sibi tractandum proposuit, i. e. aequa parentum generis nobilitate ad probos optimosque liberos procreandos necessaria, deferatur ad eius vitii vituperationem, quo permulti homines generosi ad neglegendam illam rationem adducantur, cum pecuniae aviditate corrupti divitem coniugem praeferant nobili.

[2]) V. i. (ad *Septem sapientium* praecepta).

619 ss., 1279 ss.[1]*); El. 1097 ss.; Heracl. 297 ss.; Or. 1676 s.; fr. 137 . 215 . 232 . 405 . 395 . 520 N².* — *Anaxandr. (?) fr. 79 K. II. Diod. fr. 3 K. II. Plaut. Epid. 166 ss. Ter. Pho. 168 s.* Cf. etiam *Men. fr. 532, 3 s. K.;* — *Ps.-Phocyl. 199 ss.;* praeterea philosophorum *Plat. Pol. p. 310 BC; legg. VI 16 p. 773 A ss;* — *Antip. Tars. 62, vol. III p. 254, 6* Arn. (= *Stob. Anth. IV 22, 103 p. 539, 5 s. H.); Muson. Ruf. rell. 13ᵇ p. 69, 4 ed. Hense. (Ocell. Luc.) de un. nat. IV 6;* — *Callicrat. ap. Stob. Anth. IV 28, 18 p. 687, 1 ss. Nicostr. ap. Stob. Anth. IV 22, 102 p. 536, 7 ss. H.* — Varia testimonia a *Stobaeo* iam congesta sunt *Anth. IV 22 partibus quarta* (*π. μνηστείας*) et *sexta* (*Ὅτι ἐν τοῖς γάμοις οὐ τὴν εὐγένειαν οὐδὲ τὸν πλοῦτον χρὴ σκοπεῖν ἀλλὰ τὸν τρόπον*).

Ad *libri Theognidei vv. 457 ss.* cf. *Theophili* comici *fr. 6 K. II* omnibus fere verbis ad exemplum elegiacum expressum; praeterea *Eurip. fr. 317. 807 N.²; Aristoph. Eccl. 323 ss.; fr. 600 K.; [Men.] mon. 90. 110,* atque omnino crebros illos locos qui leguntur de coniugum aetate idonea. (Cf. quae iam supra ad. *Hes. Op. 695—98* monuimus.)

Versus *581 s.*, quibus cum mulierem *περίδρομον* tum virum *μαργόν, ὃς τὴν ἀλλοτρίην βούλετ' ἄρουραν ἀροῦν,* improbat poeta, quoniam similia convicia praeceptave disertius etiam explicata et infra nobis conferenda erunt, hoc quidem loco breviter denotavisse satis habemus.

Denique singularis etiam distichi e *Stobaeo (Anth. IV 22, 5 H.)* in Theognideorum collectionem ab editoribus recepti *(vv. 1225 s.)* mentio fiat: *Οὐδέν, Κύρν', ἀγαθῆς γλυκερώτερόν ἐστι γυναικός. μάρτυς ἐγώ, σὺ δ' ἐμοὶ γίνευ ἀληθοσύνης.* Cuius sententiae imprimis pervulgatae insigniora tantum exempla quaedam afferantur velut *Eur. fr. 164 . 543 . 822 N.²;* — *[Men.] mon. 634,* et *Stob. Anth. IV 22 pars prima: ὅτι κάλλιστον ὁ γάμος.*

Praeter haec Semonidis, Phocylidis, Solonis, Hipponactis, Theognidis carmina vel carminum fragmenta nihil fere in lyricae, quae hodie dicitur, Graecorum veterum poesis reliquiis invenimus quod ad quaestionem nobis persolvendam cuiusdam sit momenti;

[1]) Cf. quae ab hoc ipso exemplo profectus de Euripidea ratione „den *βίος* zu betrachten und zu zergliedern" etc. in novam comoediam transfusa docuit *Fr. Leo, Plaut. Fsch.² p. 126 (=¹ p. 113).*

imprimis *melici* sunt, quorum in fragmentis multo rarius quam quis speraverit, matrimonii laeta tristiave attinguntur; pauca autem atque parva, quae forsitan huc referenda reperiantur, cum iam ab aliis[1]) congesta sint, ad ea comparanda transire nobis liceat, quae *eiusdem aetatis* **philosophi** his de rebus senserint et dixerint.

At cum minime quemlibet fugere possit, quam haec materiae partitio verae naturalique rerum condicioni atque vicissitudini non respondeat, nescio an in rem videatur praemonere nil nisi tractatus perspicuitatem eo nos velle adiuvare. Ceterum et nos haudquaquam ignoramus poesim philosophiamque ipsius eius aetatis, de qua agitur, discerni adeo non posse, ut contra poetae illi, quos supra perlustravimus, magna ex parte velut novae cuiusdam disciplinae patres sint existimandi. Quid? Ab Hesiodi carminibus atque ab elegis iambisque Solonis, Theognidis, Semonidis aliorumque nonne ethicae, quae dicitur, doctrinae principia profecta esse apparet? Nonne hos ipsos bonorum malorumque hominum imagines exprimere coepisse intellegimus, quales quinti saeculi sophistas effinxisse pro certo habendum esse videtur qualesque posteriore aetate et philosophorum scholae quaedam ad specimen humanitatis excultas doctrinae suae rationisque illustrandae causa adhibuerunt, et singuli scriptores varia hominum vitia ioco seriove cavillantes [velut Theophrastus, Lycon, Ariston Ceus, Satyros peripatetici[2]), Aratus (ἠθοποιίαι)[3]), Bion Borysthenensis[4]), Posidonius Rhodius[5])], descripserunt? Hac rursus a morum notatione haud multum distare comoediae maximeque novae rationem et per se verisimile videtur et Theophrasti libello, qui est de characteribus, approbatur. Qui vero proprie philosophi dicuntur, eos antiquissimis temporibus omnes cogitationes suas non potius ad ipsorum hominum ingenia moresque quam ad ea,

---

[1]) Cf. *E. Lasaulx l. l. p. 64—67. L. Schmidt, Eth. d. Gr.* et *Becker-Göll* (locis diversis).

[2]) Cf. *Fr. Susemihl, Gesch. d. gr. Lit. i. d. Al. 1 p. 151 n. 792, Schwartz ap. PWRe II 955.*

[3]) Cf. *Christ-Schmid, Gesch. d. gr. L.⁵ II 1 p. 47 s. n. 5.*

[4]) Cf. *Hense, Teletis reliquiae pr. XV. Susemihl l. l. p. 36. H. v. Arnim, PWRe III 484.*

[5]) Cf. *Susemihl l. l. p. 151 n. 792.*

quae extra se homines spectant, intendisse omnibus notum est. Proinde in eorum fragmentis nihil admodum quod ad matrimonium attineat reperientes ne miremur. Neque enim quae Thaleti, quem nulla ingenii sui monumenta litteris mandata reliquisse nemo nescit, a Stobaeo aliisque nonnullis dicta duo a nuptiis abhorrentia tribuuntur *(Stob. Anth. IV 22, 58* et *65, p. 520, 3 ss. 521, 8 ss.)*, quin commenticia sint, non dubitari vix potest. Quamquam non ab re duco exscribere alterum quidem, quippe cuius similia iterum ac saepius in Graecorum litteris recurrant, *Stob. l. l. 65*: *Θαλῆς ἐρωτηθεὶς διὰ τί ἀκμάζων οὐκ ἐπαιδοποίησεν, ἀπεκρίνατο διότι τὸ ζῆν οὐκ ἐβουλόμην λύπαις αὐθαιρέταις καττεγγυῆσαι* [1]).

Atque ceterorum illius aetatis philosophorum nec plura nec multo certiora testimonia habemus [2]). Nam quam dubia ac fabulosa sint omnia fere, quae **Pythagorae** veterumque **Pythagoreorum** traduntur placita, satis notum est, nec multa sunt, quae ad illos sine ulla dubitatione referre audeamus. Illud vero e tabula illa, quae *τὰς ἀρχὰς τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας* continet *(Arist. Metaph. A 5 p. 986 a 22 ss., Diels² 45 B 5 p. 271, 18 ss.)*, colligendum esse mihi videtur: ipsum sexum femininum non pluris fecisse Pythagoreos quam eorum aequales, cum mas et femina (*ἄρρεν καὶ θῆλυ*) plane pari ratione opponantur atque *εὐθὺ καὶ καμπύλον, φῶς καὶ σκότος, ἀγαθὸν καὶ κακόν*, femina igitur quasi inferius peiusque principium habeatur [3]). At qui ita de

---

1) Cf. *Diog. L. I 1,26 (Diels Vors. 1 A 1)*, ubi similiter, sed brevius respondisse narratur: ʽδιὰ φιλοτεκνίανʼ. At plane idem apophthegma Anacharsidi tribuitur *Stob. Anth. IV 26, 20 p. 653, 1 ss. H.*, Soloni *Gnom. Vat. n. 509 Sternb. (Wien. Stud. XI, 1889) p. 226.* – Alios locos, qui sunt de liberis in curam parentum natis, i. afferam (ad *Antiphontis soph. fr. 49)*. E sophistarum doctrina, qualis etiam in Euripide agnoscitur, ad posteros hic τόπος profluxisse videtur *Ernesto Bickel, Arch. f. Gesch. d. Philos. 21 (1908) p. 540 s.*

2) Minus ad nos attinet, quod Parmenides de idonea procreantium mixtura praecipit *Diels² I 18 B 18 p. 124 s.*

3) Cf. etiam *Plut. qu. Rom. 102 p. 288 B ss. De E ap. Delph. c. 8 p. 387/8. Ps.-Plut. V. Hom. 145. Hippol. Refut. VI 23. 12 p. 7. Alex. Aphr. ad Arist. Met. I 5 p. 39, 10 Hayd. Philop. ad Ar. Phys. 389, 3. Vitelli. Ed. Zeller, Ph. d. Gr. Ia⁵ p. 357, 1.*

genere muliebri iudicabant, eosdem matrimonium nec re[1]) nec verbis repudiasse vel improbasse intellegimus; matrimonium enim non modo ducebant in iis rebus, *ὧν τοὺς λόγους εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνῆπτον*, quales erant *ὁ καιρός* vel *τὸ δίκαιον* *(Arist. Met. M 3 p. 1078 b 21 ss. = Diels² 45 B 4 p. 271, 7 s.)*, sed coniugum societatem etiam ut duorum *ἁρμονίαν* contrariam laudavisse videntur[2]). Quibus accedit, quod Pythagorei quoque magni vel plurimi fecerunt liberorum legitimorum et proborum procreationem, id quod ex *Jamblichi vita Pyth. §§ 83* et *86 (= Diels² I, 45 C 4 p. 280, 32* et *281, 6 s.)* intellegitur[3]): *ὅτι δεῖ τεκνοποιεῖσθαι· δεῖ γὰρ ἀντικαταλιπεῖν τοὺς*

---

[1]) Et ipsum Pythagoram uxorem duxisse Theanonem (discipulam suam) legimus ap. *Diog. L. VIII 42.* Cf. *Ed. Zeller, Ph. d. Gr. Ia⁵ p. 314; III b⁴ p. 162¹; Porphyr. V.P. 4;* cf. *E. Bickel, Diatribe in Senecae philosophi fragmenta I p. 200: etiamsi Pythagoram abstinuisse a venere pars pythagoreorum docuit aetate Porphyrii, quae res nobis efficienda est ex Laert. Diog. VIII 19* *οὐδέποτ᾽ ἐγνώσθη . . . ἀφροδισιάζων. tamen Porphyrius lautiorem traditionem secutus de uxore et progenie Pythagorae 4 p. 19, al. plene rettulit.*

[2]) Cf. *Alex. Aphr. (ad Ar. Met. I 5 p. 985 b 26) p. 39,8 ss. Hayd.;* . . . . *γάμον δὲ ἔλεγον τὸν πέντε ὅτι ὁ μὲν γάμος σύνοδος ἄρρενός ἐστι καὶ θήλεος, ἔστι δὲ κατ᾽ αὐτοὺς ἄρρεν μὲν τὸ περιττὸν θῆλυ δὲ τὸ ἄρτιον, πρῶτος δὲ οὗτος ἐξ ἀρτίου τοῦ δύο πρώτου καὶ πρώτου τοῦ τρία περιττοῦ τὴν γένεσιν ἔχει.* — E Pythagoreorum disciplina — id quod *W. W. Jaeger* et in libro suo *Nemesios v. Emesa (Berl. 1914) p. 109 ss.* exposuit et, qua est liberalitate, etiam coram me monuit — *Heraclitus,* quamquam ipsius Pythagorae *πολυμαθίην* reprehendit *(Diels I, 12 B 40, 119 (?)),* tamen ut aliis in rebus (cf. *E. Norden, Agn. Theos p. 133),* ita in iis pendere videtur, quae de diversorum coniunctione ac concentu docet (cf. *Diels I, 12 B 8* et *51)*; nec sine iure ad Pythagoreos revocet quis etiam, quae clarissimi libri *Περὶ κόσμου auctor* de sexuum harmonia contraria disserit, cum eam item ac sonorum concentum ad firmandum Heracliti praeceptum illud de coniunctionibus diversorum adhibeat *(5 p. 396 b 7 = Diels I, 12 B 10).* Quibuscum conferas velim *Callicratidae* Neopythagorei eclogam illam *ἐκ τοῦ Περὶ οἴκου εὐδαιμονίας ap. Stob. Anth. IV 22, 101 p. 534, 10 ss.,* ubi, postquam plane ad exemplum Pythagoricae contrariorum tabulae differentiam maris (= *μονάς*) et feminae (= *δυάς*) explanavit auctor, eos qui matrimonium sint inituri *τὸν μωσικὸν μιμέεσθαι* iubet *τὸν ἴδιον τόνον τὰς φωνᾶς ἐκμαθόντα οὕτω πειρᾶσθαι τὰν μέσαν καθιστάμεν, ὅκως καὶ ἐπὶ τὰ βαρέα καὶ ἐπὶ τὰ ὀξέα διαρκέσαι δύναται κτλ.*

[3]) Ad *Nicomachum* < *Arist. Π. τῶν Πυθαγορείων* referendus videtur totus locus *§§ 82–86,* cf. *E. Rohde, Rh. M. 27 (1872) p. 32–34, Kl. Schr. II p. 138 ss.* et *W. Bertermann, De Jamblichi vitae Pythagoricae fontibus. Diss. Regim. 1913 p. 5 s., 76.*

θεραπεύοντας τὸν θεόν[1]). Nec praetereundum esse opinor, quod *ibid. § 84 (= Diels² I, 45 C 4 p. 280, 35)* legitur: χρυσὸν ἐχούσῃ μὴ πλησιάζειν ἐπὶ τεκνοποιίᾳ, quae sententia similiter prolata plus semel apud posteriores maximeque comicos recurrit[2]). Inde vero, quod liberis iam ante partum vel ante ipsum conceptum providere et omnem intemperantiam cavere parentes iubentur[3]), evenisse, ut etiam ipsis uxoribus matribusque indulgentius mariti uterentur, consentaneum est. Nec desunt testimonia curae uxoribus debitae: cf. humanum illud celebratumque *(Jambl. § 84 = Diels² I, 45 C 4 p. 280, 40 s.)*: γυναῖκα οὐ δεῖ διώκειν τὴν αὑτοῦ, ἱκέτις γάρ· διὸ καὶ ἀφ' ἑστίας ἀγόμεθα, καὶ ἡ λῆψις διὰ δεξιᾶς, quod etiam in *[Ar.] Oec. I p. 1344 a 8 ss. (= Diels 45 C 5)* laudatur: πρῶτον μὲν οὖν νόμοι (πρῶτος . . . νόμος anon. a Schoemanno citatus) πρὸς γυναῖκα καὶ τὸ μὴ ἀδικεῖν· οὕτως γὰρ ἂν οὐδ' αὐτὸς ἀδικοῖτο. τοῦθ' ὑφηγεῖται δέ [ὃ] καὶ ὁ κοινὸς νόμος, καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοι λέγουσιν, ὥσπερ ἱκέτιν καὶ ἀφ' ἑστίας ἠγμένην ὡς ἥκιστα δεῖν ἀδικεῖν.

Notatu autem dignissima videntur, siquidem ad veterem disciplinam Pythagoricam iure revocantur[4]), quae Jambl. § 48 leguntur: σπουδάζειν δὲ καὶ τοῦτο, ὅπως αὐτοὶ μόνας ἐκείνας εἰδήσουσιν, αἵ τε γυναῖκες μὴ νοθεύσουσι τὸ γένος ὀλιγωρίᾳ καὶ κακίᾳ τῶν συνοικούντων· ἔτι δὲ τὴν γυναῖκα νομίζειν ἀπὸ τῆς ἑστίας εἰληφότα

[1]) Simil. *Plat. legg. 773 E* (v. i.); *[Ar.] Oec. III p. 143, 21 s.*; cf. *K. Prächter, H. d. St. p. 134 s.*

[2]) V. s. ad *Theogn. vv. 183 ss.* et i. *(Sept. sap.)*.

[3]) Aristoxenus *ap. Jambl. V. P. §§ 209 ss.*, max. *211–213, Stob. Anth. IV 37, 4 p. 878, 13 ss. H. Ps.-Ocell. de un. nat. 4, 9–14*, max. *13*; (omnia ap. *Diels² I, 45 D 8 p. 289 s.*). Cf. *E. Rohde l. l. p. 52 s.* et *W. W. Jaeger, B. ph. W. 33 (1913) col. 165/6.*

[4]) Totam partem inde a *§ 37* ad *57* Pythagorae orationes ad Crotoniatas habitas continentem („ein ganz loses Conglomerat ziemlich abgenutzter und farbloser Moralsätze, durchflochten mit einigen mythologischen Beispielen"), Jamblicho Apollonius Tyanaeus suggessit, qui ipse Timaeum Tauromenitanum exscripsisse atque amplificasse videtur; cf. *Ed. Zeller, Ph. d. Gr. I a⁵ p. 313³*, *E. Rohde l. l. p. 26–29, J. Mewaldt, De Aristoxeni Pythagoricis sententiis et vita Pythagorica. Diss. Berol. 1904 p. 46 ss. W. Bertermann l. l. p. 37 s.* Quamquam et omnino orationes illas iam a Dicaearcho breviter commemoratas et singula earum praecepta iis, quae ex Aristoxeno ad Jamblichum devenisse constat, haud dissimilia esse ipse *Rohdeus* concessit *p. 28 s.*

μετὰ σπονδῶν καθάπερ ἱκέτιν ἐναντίον τῶν θεῶν εἰσῆχθαι πρὸς αὐτόν. Fidem igitur coniugalem non modo uxorem marito, sed etiam maritum uxori debere fortasse veterum Pythagoreorum iam fuit praeceptum, quocum ceterorum Graecorum maximeque Atheniensium nec leges nec mores consensisse constat [1]).

Denique praeter ea praecepta, quae de uxore ducenda et tractanda veterioribus Pythagoreis iure aliquo tribui videntur, in eodem Jamblichi capite ipsum Pythagoram — id quod primis imperatorum Romanorum saeculis novi qui dicuntur Pythagorei uberius exposuerunt in libris veteris scholae praeceptoribus praeceptricibusque subiectis [2]) — mulieribus quoque quales se in maritos praebere deberent praescripsisse legimus: (§ 54) *περὶ δὲ τῆς πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίας κελεῦσαι κατανοεῖν, ὅτι συμβαίνει καὶ τοὺς πατέρας ἐπὶ τῆς θηλείας φύσεως παρακεχωρηκέναι μᾶλλον ἀγαπᾶσθαι τοὺς γεγαμηκότας ἢ τοὺς τεκνώσαντας αὐτούς* [3]). *διὸ καλῶς ἔχειν ἢ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι πρὸς τοὺς ἄνδρας, ἢ τότε νομίζειν νικᾶν, ὅταν ἐκείνων ἡττηθῶσιν* [4]).

[1]) Cf. quae i. ex *Euripide* et ad *Plat. legg. p. 837 A ss.* afferemus.

[2]) Quorum ampliores quasdam reliquias nobis servavit *Joh. Stobaeus: Περικτιόνης ἐκ τοῦ Περὶ γυναικὸς ἁρμονίας (Anth. IV 28, 19 p. 688, 9–693, 9 H.)* et *Φιντύος ἐκ τοῦ Περὶ γυναικὸς σωφροσύνας (ibd. IV 23, 61 p. 588, 19 ss.).* De his aliorumque Neopythagoreorum fragmentis (— ad matrimonium praeterea pertinent Ps.-Ocellos *Περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως* c. 4, Callicratidas *Περὶ οἴκου εὐδαιμονίας (Stob. Anth. IV 28, 17* et *18 p. 684, 18 ss. 687, 1 ss. —)* cf. *Ed. Zeller, Ph. d. Gr. IIIb⁴ p. 157, 160* et quae nuperrime tam copiose quam diligenter disseruit *Fr. Wilhelm, Die Oeconomica der Neupythagoreer Bryson, Kallikratidas, Periktione, Phintys. Rh. M. 70 (1915) p. 161–223.* Quae *Jamblichi* de matrimonio fuerit ratio (cuius scripti *π. γάμου χρήσεως* unum frustulum servavit *Stob. Anth. IV 23, 57 p. 587, 13 ss. H.),* ostendit *E. Bickel, Diatr. in Sen. philos. frg. I p. 198 s.*

[3]) Similiter Stoici posteriores; cf. *Antip. Tars. fr. 63 p. 255, 18 ss. Arn. (= Stob. Anth. IV 22, 25 p. 508, 17 ss. H.), Muson. rell. 14 p. 74, 10 ss. Arn. (Stob. Anth. IV 22, 20 H.),* ubi Alcestidis (Euripideae) exemplum affertur; contra *[Ar.] Oec. III p. 143, 23–25,* cf. *R. Bloch, Arch. f. G. d. Philos. 21 (1908) p. 448.*

[4]) Plurimi sunt loci, quibus similiter mulieres maritis vel adversantes vituperantur vel obsequentes (morigerantes) laudantur velut *Eur. Tro. 654 ss., frg. 901* et *953. Philem. frg. 132 !KII. [Ar.] Oec. III p. 141, 7 ss.* Disertissime vero id officium uxoris explicatur in ecloga *Perictionae ap. Stob. Anth. IV 28, 19 p. 692, 2 ss.,* ad quem locum alios similes non paucos attulit *Fr. Wilhelm l. l. p. 198 s.*

His prae sententiis, e quibus veteris disciplinae Pythagoricae defensores coniugio omnino favisse colligimus, minimam habent fidem apophthegmata quaedam Theanoni illi tributa, quam alii ipsius Pythagorae, alii Brotini uxorem, alii Pythagorae filiam vel discipulam fuisse perhibebant [1]), itemque iudicandum esse apparet de dicto, quod Cliniae Pythagoreo cuidam tribuit *Plutarchus quaest. conv. III 6, 3 p. 654 B.* [2]). Quae omnia eo dumtaxat ad nostrum munus aliquid attinent, quod e posterioribus quoque testimoniis rerum coniugalium studium ac tractationem moralem disciplinae Pythagoricae partem quasi hereditariam fuisse intellegi potest.

Iam protinus nobis circumspicientibus antiquissimae philosophiae reliquias **septem** quos dicunt **sapientium** placita relinquuntur conferenda. In ipso eorum sub nomine pervulgato sententiarum libro [3]) Cleobulo Lindi tyranno hoc decorum moderatae dignitatis erga uxorem adhibendae praeceptum tribuitur *(Diels² 73ª ᾱ 16 II 1 p. 520,17 ss.)*: *γυναικὶ μὴ μάχεσθαι μηδὲ ἄγαν φρονεῖν ἀλλοτρίων παρόντων· τὸ μὲν γὰρ ἄνοιαν, τὸ δὲ μανίαν δύναται παρέχειν*, et alterum *(ibd. 73ª ᾱ 18 p. 520, 20 s.)*: *γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων· ἐὰν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων, δεσπότας, οὐ συγγενεῖς κτήσῃ* [4]), cui proxime accedit Chilonis illud ap. *Stob. Anth. IV 22,*

---

[1]) Ad matrimonium spectant *FPhG Mull. fr. 2, II p. 115*: *Θεανὼ ἡ Πυθαγόρειος ἐρωτηθεῖσα πῶς ἔνδοξος ἔσται, ἔφη· ἱστὸν ἐποιχομένη καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσα* (*Hom. A 31*); *ibd. frg. 6* *Θεανὼ ἐρωτηθεῖσα τί πρέπον εἴη γυναικί, 'τό τῷ ἰδίῳ', ἔφη, 'ἀρέσκειν ἀνδρί'*. Similiter *frg°. 3 Mull.* (*Plut. coni. praec. 31 p. 142 C, Clem. Al. str. IV 19 p. 301, 23 St.*) mulierum integritas et pudicitia commendatur atque etiam magis celebri illo responso, quod eam interroganti cuidam *ποσταία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύει* dedisse tradunt complures scriptores (cf. *O. Hense ad l.* et *Nauck.* ad *Jambl. V.P. 27 § 132 p. 96, 8 s.*): *ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου παραχρῆμα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε.* (sic *Stob: Anth. IV 23, 53 p. 586, 20 ss. H.*; idem ipsi Pythagorae tribuitur ap. *Jambl. 11 § 55 p. 37, 19 N.*). Denique mentione dignum putes quod legitur *Flor. Mon. 268* (*Stob. fl. IV p. 289*) *Mein.*: *Θεανὼ ἔφη· κρεῖττόν ἐστι ἵππῳ ἀχαλίνῳ ἑαυτὸν πιστεύειν ἢ γυναικὶ ἀλογίστῳ.*

[2]) *Diels² 41, 5 I p. 267, 19 ss.*: . . . *λέγεται* . . *ἐρωτηθείς, ὁπηνίκα δεῖ μάλιστα γυναικὶ προσιέναι· 'ὅταν', φάναι, 'μάλιστα τυγχάνῃς βλαβῆναι βουλόμενος'.*

[3]) *Stob. Anth. III 1, 172 p. 111 ss.* *Δημητρίου Φαληρέως τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἀποφθέγματα.* *ibd. 173 p. 125 ss.* *Σωσιάδου τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὑποθῆκαι.*

[4]) . . . . . *δεσπότας κτήσῃ τοὺς συγγννέας.* *Diog. L. 16, 92.*

105 p. 541, 3 s. H.: Γάμους εὐτελεῖς καὶ ἰσοτίμους ποιοῦ (id. in Demetrii collectione *III 1, 172 p. 116, 6 H. = Diels*[2] *73ª γ 6, II p. 521, 21 s.*: Γάμους εὐτελεῖς ποιοῦ. Sim. etiam *Diog. L. I 3, 70*). Quod praeceptum plane concinit cum vetustissimo illo proverbio τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα, cuius quasi auctorem fuisse Pittacum narrat Callimachus ap. *Diog. L. I 4, 80*[1]). Atque ut hunc ipsum ex sua affectione, quippe nobilioris coniugii molestias expertum, sic iudicasse addit Diogenes, ita omnibus temporibus in ipsa vita eiusmodi exempla adeo non defuisse ponendum est, ut nil miri habeat quod identidem similia in litteris Graecis recurrunt: cf. *Stob. Anth. IV 22 p. IV* Περὶ μνηστείας *p. 532 ss. H.* atque, ut singulos locos potissimos quidem afferam, *Aesch. Prom. 887 ss. Eur. frg. 214. 502! 775 N*[2]. *Callicrat. ap. Stob. Anth. IV 28, 18, p. 687, 1 ss. H.*[2]). Contrarium fere consilium secutus docuit *Plat. legg. 773 ACD. Polit. p. 310 A ss.* Cf. etiam *Plut. Amat. p. 753 C ss.* Quantas vero partes mariti uxoris vel generosae vel dotatae (ἐπικλήρου) dominatione oppressi in comicorum fabulis egerint, nemo est qui nesciat atque exemplis testimoniisque iam illustravit *Ph. Legrand, Daos p. 154 s., 295 s.* Ceterum conferas etiam *Becker-Göll, Char. III p. 346; L. Schmidt, Eth. d. a. Gr. II p. 166.* — Cleobulo denique hoc quoque praeceptum tribuitur et a *Diogene L. I 6, 91* et ap. *Stob. Anth. IV. 22, 106 p. 541, 5 ss. H.*: Κλεόβουλος ἔφη δεῖν συνοικίζειν ἀνδράσι τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας τὴν μὲν ἡλικίαν παρθένους, τὸ δὲ φρονεῖν γυναῖκας, quibus Diogenes addit: ὑποδεικνὺς ὅτι δεῖ παιδεύεσθαι καὶ τὰς παρθένους.

Ceterorum qui dicuntur Septem sapientium nullae sententiae ad matrimonium spectant nisi una Pittaci ap. *Stob. A. IV 22, 17 p. 497, 5 ss.*: ⟨Πιττακὸς⟩ ἐπύθετό τινος διότι οὐ βούλεται γῆμαι· τοῦ δὲ φήσαντος 'ἐὰν μὲν καλὴν γήμω, ἕξω κοινήν, ἐὰν δὲ αἰσχράν, ἕξω ποινήν,[3]) 'οὐμενοῦν' ἔφη 'ἀλλ' ἐὰν μὲν καλὴν γήμῃς, οὐχ ἕξεις ποινήν, ἐὰν δὲ αἰσχράν, οὐχ ἕξεις κοινήν'.

---

[1]) De ipso proverbio cf. *Leutsch et Schneidewin, Paroem. I p. 314* (ad *Diogen. VIII 46*) et *II p. 674 s.* (ad *Apostol. XVI 55*).

[2]) Cf. *Fr. Wilhelm, Rh. M. 70 p. 177.*

[3]) Haec quidem pars eclogae etiam aliis adscribitur velut Antistheni (cf. i.).

Postquam, quid antiquissimorum librorum Graecorum auctores de rebus coniugalibus senserint iudicarintque, cognovimus, ad quinti saeculi aetatem descendentibus nobis iam gentis Atticae scriptores obvii fiunt, qui ut omnino primas in litteris partes egerunt, ita nostris quaestionibus ad comoediam praecipue pertinentibus materiam nimirum longe plurimam praebent. Atque scriptorum Atticorum principes esse tragoediarum poetas satis notum est.

Quorum **tragicorum** num iusto iure primum Phrynichum mulieres in scaenam induxisse memoriae tradiderit Suidas, vix pro explorato habendum esse videtur[1]).

Aeschylus vero, etiamsi mulierem amantem nullam umquam se fecisse apud Aristophanem[2]) gloriatur, tamen muliebrem finxit personam, qua nihil ante immanius in scaena Attica apparuisse constat. Novitate certe quadam Clytaemestrae naturam, qualis depingitur ab Aeschylo, inter ceteras, quas quidem eadem aetate fictas noverimus feminas, eminere quis est, qui neget? Hanc primam videmus feminam, quae non modo quodcumque peccaverit, ex ipso suo ingenio prudens sciensque commisisse[3]), sed etiam — longe aliter ac Homeri Helena[4]) — omnis culpae

---

1) Cf. eius titulos velut *Ἄλκηστις, Δαναΐδες, Πλευρώνιαι, Φοίνισσαι.* Sed Choerili quoque eiusmodi titulum *(Alope)* legimus apud *Paus. I 14, 2.* Cf. *M. Croiset, Hist. de la litt. grecque III²* (*Par. 1899*) *p. 46. 49.*

2) *Ran. 1044.*

3) Sic quidem iudicavit *G. Finsler, Die Orestie des Aisch., Bern 1890, p. 18, 26 s., 37,* et maxime *U. v. Wilamowitz, Griech. Trag. II* (*1900*) *p. 36 ss,* aliter *W. Nestle, Die Weltanschauung des Aisch., N. Jhrbb. f. d kl. Alt. XIX, 1907, p. 314 s.,* cum dixit eadem fati dira necessitate Oresteam trilogiam omni parte esse expletam atque ceteras Aeschyli tragoedias neque omnino liberam quandam agendi peccandique voluntatem in Clytaemestrae persona intelligi posse. Sed longius progressum esse virum doctum existimaverim id maxime studentem, ut poetam sibi consentaneum se praebere per omnes quae servatae sint tragoedias demonstret. Equidem ad *Weilii* iudicium inclino errorem esse censentis „prétendre y découvrir un système suivi et invariable" (*Et. sur le drame ant., Par. 1897, p. 55*).

4) Cuius de impunitate mirari videntur senes *Ag. vv. 412, 3,* si forte recte locum corruptum emendavit Wilamowitzius: *πάρεστι σιγὰς ἀτίμως ἀλοιδόρως ἀπί — στως ἀφειμένων ἰδεῖν* („ihr Verrat, nicht gescholten, nicht bestraft, kaum geglaubt").

suae dirum iustumque eventum subire ostenditur. Et ut ista quoque vir potius sit specie muliebri indutus quam vera femina muliebri indole praedita, tamen Aeschylum mulierem eam in Atheniensium conspectum auditumque producere haudquaquam veritum esse apparet, neque Athenienses nimis eius feminae piguisse videtur, quippe qui palmam certaminis tragici poetae detulerint. Sed longum ac fere inutile esse videtur hoc loco immanis huius mulieris ingenium atrox saevumque atque horribili quadam admiratione animum nostrum imbuens accuratius explicare. Hoc unum commemoraverim minime Aeschyli Clytaemestram licere nil nisi sordidam libidinosamque mulierem ducere[1]; contraxit certe culpam quandam erga uxorem Agamemno[2]), quae ad intemperantis feminae cupiditates solvendas sufficere poterat. Quod autem ipsam atque solam Aegistho nullo adiuvante facinus inauditum eam patrantem Aeschylus primus fecit, minime negari posse mihi videtur hac ipsa fabulae mutatione Clytaemestrae personam multo potius in altitudinem esse elatam quam in sordes demissam. Nec quod ipsi filio miserrimum luit sceleris supplicium, fabularum memoria traditum solum suscepit poeta, sed etiam diligenter probandum curavit Areopagi iudicio. Furiis veteris iuris vindicibus, quo matricidium nefas utique inexpiabile habebatur, Apollo adversatur coniugem haud minus esse sanctum affirmans quam parentem ac omnino matrimonii religionem praedicans (cf. *vv. 210 ss.*); atque adeo procedit contradictionis, ut matrem infantium procreationis vere expertem esse contendat *(vv. 657 ss.)*[3]), secundum rationem quandam eisdem fere temporibus exsistentem et ab Anaxagora praecipue defensam[4]). Litis exitu matrimonii vincula sanguinis affinitati haudquaquam esse posthabenda poeta docere videtur; Orestis autem absolutione quominus vetusta illa sententia de summa verecundia matri debita imminui putetur, et pares

[1]) Quod voluit e. g. *Leo Bloch, l. l. p. 27s.*

[2]) Cf. *G. Finsler, l. l. p. 17 s. U. v. Wilamowitz, Aischylos' Orestie, griech. u. deutsch. 2. Das Opfer am Grabe (1896) p. 31.*

[3]) *vv. 660 s.: τίκτει δ' ὁ θρῴσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη | ἔσωσεν ἔρνος.*

[4]) Cf. *Anaxag. A 107 p. 312, 21 ss. Diels.² Eurip. fr. 1048, 6 s.; Or. vv. 552 ss. Aristot. De gen. an. IV 1. Weil, Drame ant. p. 52. Wilamowitz, Gr. Tr. II 249 n. 1. W. Nestle, N. Jhrbb. f. d. kl. A. XIX (1907) p. 327 n. 2.*

iudicum sententiae obstant et ipsae condiciones, quibus tandem reconciliantur ab Athena indignatae deae (cf. praecipue *vv. 927 ss.*).

Ceterae quas effinxit Aeschylus mulieres haud eadem sunt ingenii proprietate vel magnitudine, quamquam neque Atossae neque Cassandrae neque Electrae personis non movemur. Sed ut Aeschylum Clytaemestrae inventione inauditum quid novumque procreavisse, ita in describenda mulierum condicione saeculi rationem non excessisse intellegimus. Summa quidem laude ab Apolline celebrari coniugum mutuam inter se voluntatem et fidem cognovimus; sed mulierem multo magis marito fide obligatam esse quam virum feminae inde iam patet, quod Clytaemestrae suimet excusationes ad Chryseides Cassandrasque pertinentes a choro dissimulantur (cf. *Ag. vv. 1438 ss.*) et ab Oreste aspere improbantur (cf. *Choeph. vv. 918 ss.*). Alios quosdam locos, e quibus minoris aestimari colligas muliebre genus, *Nestle* iam contulit *l. l. p. 307 n. 3*, ita ut satis habeam versuum numeros ponere: *Suppl. 476 ss., 749. Ag. 483—87*; cf. *590 ss.* (de credendi temeritate mulierum ingenio innata). *Choeph. 595 ss. Eum. 625 ss., 657 ss.* — Pro mulierum prorsus osore se gerit Eteocles, cf. *Sept. 181, 187—90, 256*; idem virginum choro decantatum obicit axioma illud domi esse manendum mulieribus tacentibus neque quae sint virorum curantibus (*vv. 200 s., 230—2*). Temperantiam linguae et oculi genus muliebre decere Danaos docet filias suas *Suppl. vv. 197—201*. Vulgata fuit etiam sententia *Ag. v. 1636* ab Aegistho prolata: *τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς.* Denique *Prom. vv. 887 ss.* Oceanidarum chorum[1]) praeceptum illud pervagatum, quod in *Sept. sapientium* libello iam invenimus, disertius exsequentem reperimus:

Ἦ σοφὸς ἦ σοφὸς [ἦν] ὃς
πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ᾽ ἐβάστασε καὶ γλώσ-
σᾳ διεμυθολόγησεν,
ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ᾽ ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ,
καὶ μήτε τῶν πλούτῳ διαθρυπτομένων
μήτε τῶν γέννᾳ μεγαλυνομένων
ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι γάμων. — (*ed. Wil.*)

[1]) De nympharum grata humanitate ingenioque muliebri cf. *Weil l. l. p. 66.*

Quibus locis allatis unum restat iudicium maiore quadam feminarum animi sententiaeque verecundia insigne: *Suppl. vv. 227 ss.*, 1031 ss., ubi ne mulier aliter ac voluntaria in matrimonium ducatur poscunt Danaus eiusque filiae.

Plures iam muliebres personas propria quadam morum et animi indole notabiles in **Sophoclis** fabulis cognoscimus. Neque vero hic poeta in augusti artis tragicae principis vestigiis haesit, immo feminae ingenium, quod Aeschylus a summa audacia non alienum Clytaemestrae exemplo ostenderat, vel ad fortissimam virtutem esse aptum docuit Electrae et Antigonae personis, atque earundem legum perpetuarum aeternarumque vi quibus viros obligatas esse mulieres significavit. Hanc vero sexuum aequalitatem et ad matrimonium quodammodo transferre videtur in „*Oedipo rege*": mariti fiduciam atque familiaritatem et postulat et impetrat Iocaste (cf. *vv. 696—700, 769—73, 646 ss., 580*). Oedipodis quidem gravitatem haudquaquam adaequat regina animi quadam levitate fati minas defugiens; oracula prout optatis respondent, aut credit aut contemnit (cf. *vv. 707 ss., 911 ss., 945 ss., 977 ss.*). Eo citius dira fati necessitate tandem cognita ad summam vitae desperationem delabitur. Longe alia est indoles Tecmessae, cuius cum Aiace coniugium, quamquam verum iustumque matrimonium haberi non potest, tamen breviter considerandum esse opinor, quoniam Sophocles eam haud aliter atque uxorem quamlibet Atheniensem habuisse apparet. Tecmessa cum suspicione quadam sollicita ex amatissimo viro sciscitata sit, quid arma paret concubia nocte, praeceptum illud creberrimum (*ἀεὶ ὑμνούμενα, v. 292*) responsum aufert ab eo: *Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. — κἀγὼ μαθοῦσ᾽ ἔληξα*, pergit ipsa choro nocturnos terrores enarrans. Ac tamen iterum (*vv. 485 ss.*) misera mulier Aiacis animum flectere conatur orans obsecransque eum per parentes eius filiolumque atque per omnem suum amorem, ne in suscepto sui ipsius interimendi consilio permaneat *vv. 520 ss.: ἀλλ᾽ ἴσχε κἀμοῦ*[1]) *μνῆστιν· ἀνδρί τοι χρεὼν | μνήμην προσεῖναι, τερπνὸν εἴ τί που πάθοι. | χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ᾽ ἀεί· | ὅτου δ᾽ ἀπορρεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος, | οὐκ ἂν γένοιτ᾽ ἔθ᾽ οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ.* Sed neque ad haec verba non

[1]) *Schol.* καλῶς τὸ κἀμοῦ, οἷον μετὰ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν κἀμὲ ἔν τινι μοίρᾳ κατάθου.

minus Tecmessae virtute digna quam audientium misericordiam concitantia aliud quid Aias respondet nisi ut studeat mulier, si velit laudari, *τὸ ταχθὲν εὖ τελεῖν (v. 528)*, et eam cum Eurysace abire lamentisque abstinere iubet: *κάρτα τοι φιλοίκτιστον γυνή (v. 580)*. Viscera quidem severi hominis plane immota non esse cum ex eo, quod filiolum adulturum esse sperat *μητρὶ τῇδε χαρμονήν (vv. 557 ss.)*, tum ex ipsa eius confessione *(vv. 646 ss.)* intellegitur, qua priusquam ad litus decessit, sermonem magis secum ipso quam cum Tecmessa vel choro habens exorditur. Sed reapse Tecmessae eosdem cancellos circumdari videmus, quos uxori Atheniensi positos cognoscere consuevimus. Videtur Sophocles hac fabula, quam vetustissimam esse servatarum pro certo habemus, vulgarem suae aetatis rationem esse secutus, Iocastae autem persona et condicione recentiorem vel certe rariorem uxorum speciem expressisse.

Deianirae persona a plerisque semper quasi iucundissima omnium tragicarum mulierum aestimabatur, neque hoc iudicium veri labefieri opinor iis verbis, quae apud *Christ-Schmid, Gr. L.⁵ I p. 319* leguntur[1]), quamquam singula, velut Euripidis similitudines quasdam, ab illis bene observata esse censeo. Exemplum exponere apparet Sophocles mulieris amantis, indulgentis, animi morumque gratia et dignitate insignis[2]), quae, cum mariti amorem domi quidem sibi soli vindicans[3]) remedio arcano servare vel

[1]) Qua ratione Deianiram „eine kleine Frau, die ihrem meist auf Abenteuerreisen abwesenden Manne innig zugetan ist, gewöhnt, sich keine grossen Sorgen um ihn zu machen" arbitrari liceat non intellego collatis e. g. *vv. 27 ss., 719 ss.*

[2]) Quin Sophocli ipsi haec morum notatio maiore ex parte sit tribuenda vix dubitaverim, quamquam iam eos, qui antea Deianirae fortunas narraverant (Archilochus, Pindarus) Aetolae mulieris animum ferocem, qualis decuerat „*Δηιάνειραν*", temperavisse verisimile est.

[3]) Iure et more Attico haudquaquam crimini esse datum marito adulterium foris dumtaxat commissum satis constat (cf. *Becker-Göll, Char.³ II 86 ss., III 390 s. Beauchet, Hist. du droit privé de la rép. Athén. I p. 77. Leop. Schmidt, Eth. d. a. Gr. II p. 196)*; maiorem vero uxoris offensionem plerumque excitasse videtur meretrix vel paelex in aedes coniugales a viro intromissa, id quod comicos non semel in fabulas recepisse Euripide praeeunte infra videbimus. Hac quidem ratione plerique interpretes et acceperunt et accipiunt (e. g. etiam *Jebb ed. p. XXXII s.*) ea, quae Deianira est dicens

recuperare audet, fines generi suo convenientes transit eoque et illi et sibi interitum parat. Bonae castaeque igitur uxoris sensum affectumque exponit Deianirae auctor, quomodo malae improbaeque mentem Aeschylum iam detexisse cognovimus.

Ad has fabularum superstitum personas muliebres etiam Phaedra, quae in dramate ab ipsa denominato primas partes egit, hoc loco memoranda mihi videtur. Inter Sophoclis et Euripidis Phaedras quae intercesserit ratio, saepius viri docti inquisiverunt. Postquam *Welckerus*, quem secutus est *Ed. Hiller*[1]), Phaedrae Sophocleae mores atque indolem non ita diversam fuisse coniecit ab impudica audacia, qua fuerat Euripidea in Hippolyto priore[2]), rectius iudicavit *Augustus Kalkmann*, qui (*De Hippolytis Euripideis quaest. nov., Bonn. 1882, p. 44 ss.*) inde potissimum, quod in Euripidis tantum *Φαίδρας πόρνας* invectus sit Aristophanes *(Ran. 1043, 1053)*, Sophocleam heroinam moderatiorem in amore persequendo fuisse coniecit; Sophoclis autem „auctoritatem eo valuisse, ut Euripides postea fabulam suam retractaret et moderatiorem Phaedram proponeret". Sed utcumque ea res se habet, certe etiam Sophoclis Phaedra tota et solida amoris aestu conflagrabat eoque amore omnem fabulam explebat. Quae animi contentio licet fuerit adultera, tamen, quoniam adulterium describi nequibat nisi ipsius matrimonii ratione habita, non parvi momenti videlicet fuisset nobis huius fabulae scientia, eoque maioris, quod alteram quidem quam Euripides de eodem argumento composuit fabulam servatam habemus. Frustula autem tam pauca atque tenuia vix cognitionem aliquam admittunt proprietatis Sophocleae.

---

agensque. Sed nescio an *Th. Zielinski* in subtilissima commentatione, quam scripsit de Sophoclis Trachiniis *(Philol. 55, 1896, p. 491–540. 577–633)* recte monuerit *(p. 511–18)* Deianirae verba *vv. 459 s.* simulata (cf. *v. 541*) et *v. 544* interpolatum esse neque re vera Heraclem umquam coniugii fidem violasse, antequam Iolam adamasset.

[1]) *Lib. miscell. editus soc. philol. Bonn. 1864 p. 35 ss.* Praeterea de Phaedra fabula Sophoclea egerunt *E. Rohde, Gr. Rom.² p. 32. U. v. Wilamowitz, Eur. Hipp. p. 57 s.*

[2]) Nisus est *Welckerus (Gr. Trag. I p. 395 ss.) frg.⁰ 855 N.² (Stob. A. IV 20, 6 p. 435 s. H.)*, quod „Phaedrae" esse sibi persuaserat, *Nauckius* vero cum aliis multis Euripidi tribuendum censet.

Inter cetera fragmenta unum quidem legitur dignissimum quod hoc loco exscribatur *(524 N.^{2} = Stob. Anth. IV^1 22^{II}, 45 H.)*

Νῦν δ' οὐδέν εἰμι χωρίς. ἀλλὰ πολλάκις
ἔβλεψα ταύτῃ τὴν γυναικείαν φύσιν,
ὡς οὐδέν ἐσμεν. αἱ νέαι μὲν ⟨ἐν⟩ [γὰρ] πατρὸς
ἥδιστον οἶμαι ζῶμεν ἀνθρώπων βίον·
τερπνῶς γὰρ ἀεὶ πάντας ἁνοία τρέφει!
ὅταν ⟨δ'⟩ ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' ἔμφρονες,
ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολώμεθα
θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο·
αἱ μὲν ξένους πρός ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους,
αἱ δ' εἰς † ἀληθῆ δώμαθ', αἱ δ' ἐπίρροθα.
καὶ ταῦτ', ἐπειδὰν εὐφρόνη ζεύξῃ μία,
χρεὼν ἐπαινεῖν καὶ δοκεῖν καλῶς ἔχειν.[1])

Hanc primam habemus querimoniam muliebri personae attributam de iniqua sui generis condicione; qua ipsa re omnique loci habitu (*ἀλλὰ πολλάκις | ἔβλεψα ταύτῃ τὴν γυναικείαν φύσιν*, cf. *Eur. Med. 1081 ss.*) propius iam accedere videmus Sophoclem ad Euripidis artem et stilum[2]), quem rursus novae comoediae poetae imitati esse reperiuntur, cf. e. g. *Med. vv. 230—47* et similem querelam ad ridiculum tamen conversam aniculae cuiusdam in *Plaut. Merc. 817 ss.*

Cetera, quae ad nostram quaestionem aliquo modo pertineant vel pertinere videantur, quam brevissime proferam: Uxor bona ingenuaque quanti sit habenda in domo, praedicatur *fr. 896.* Contra detestatur nescio quis audacem quandam *fr. 187* (*Ἐπίγονοι*)

ὦ πᾶν σὺ τολμήσασα καὶ πέρα, γύναι,
κάκιον ἄλλ' οὐκ ἔστιν οὐδ' ἔσται ποτὲ
γυναικὸς, εἴ τι πῆμα γίγνεται βροτοῖς.

[1]) Versus, quos e *Tereo* tragoedia sumptos esse Stobaei lemmate docemur, a *Welckero (Griech. Trag. I 377)* Procnae, Terei uxori, verisimili aliqua ratione dantur.

[2]) Eam tamen propter similitudinem ut Euripidis esse potius quam Sophoclis versus putemus (sic *G. F. Schmidt, Kr. Stud. I p. 163)* nulla videlicet est causa, praesertim cum in aliis quoque *Terei* fragmentis similem orationis colorem animadvertamus.

Cavendum est vero, ne amplius quid esse hoc putemus quam verba ex argumenti natura ad occasionem nata[1]). Similia tamen permulta inveniuntur et apud Euripidem et in comoedia; cf. *Eur. Androm. 269 ss., Hec. 1178 ss., Hipp. 624 ss., 666. fr. 666, 1045 N.² — Arist. Thesm. 786 ss. — Eubul. fr. 116/117 K. II. Men. fr. 535 K. III. Monost. 413. — Plaut. Aul. 141.* — Praeterea cf. *Semon. fr. 7 vv. 96 ss., 115 ss.*, de quibus supra iam commemoravimus. — *Hesiodei versus Op. 702 s.* iterantur *frg.⁰ 621*[2]), cf. quae ad illum locum adnotavi. — Fides mulierum veritasque detrectatur *fr. 742* proverbii fere locum obtinente: *ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω.* cf. maxime *Xenarchi fr. 6 K. II.* — Denique ad *fr. 618* (*. . . τὸ . . . γυναιξὶν αἰσχρὸν δεῖ γυναῖκ᾽ ἀεὶ στέγειν*) cf. *Eur. Andr. 956*, et ad *fr. 623* crebros eos locos, quibus ut mater fiat liberorum legitimorum cuique maxime esse petendum mulieri apparet.

Iam priusquam ad tragicae trinitatis tertium poetam eundemque gravissimum rei auctorem transeamus, locus hic esse videtur, quo ad **philosophos** parumper revertentes eos praecipue sapientiae doctores intueamur, quos, cum propius Euripidem ratione sua vel certe aetate contingant supra praetermisimus. Uberrimum fore nobis fontem speraverit quis **sophistas** qui dicuntur, quoniam ipsius hominis naturae atque universae condicioni cognoscendae et illustrandae maxime studebant, neque verebantur societatis humanae civilisque, qualis erat illis temporibus, fundamenta tangere, velut postero (quarto) saeculo Alcidamas, Gorgiae auditor successorque (cf. *Suid. s. v. Gorgias = Diels Vors.² 76 A 2)*, servitutem a natura alienam esse pronuntiavit[3])

[1]) *Welckerus*, qui *Ἐπίγονοι* fabulam eandem esse ac „Eriphylam“ cognovit, Alcmaeonem matri hoc fecisse convicium suspicatur *(Gr. Tr. I p. 269 ss.)*.

[2]) Adversus Euripidis Hippolytum omnis generis muliebris osorem hosce Phaedrae fabulae versus dictos esse suspicatus est *U. v. Wilamowitz, Hipp. p. 57 n. 1.*

[3]) Cf. *Schol. ad Arist. rhet. I 13 p. 1373 b 18* (*ὡς ἐν τῷ Μεσσηνιακῷ λέγει Ἀλκιδάμας . . . .* ; ipsa Alcidamantis verba librariorum neglegentia omissa esse cognovit Spengelius): *ὑπὲρ Μεσσηνίων ἀποστησάντων Λακεδαιμονίων καὶ μὴ πειθομένων δουλεύειν μελετᾷ καὶ λέγει Ἀλκιδάμας· ἐλευθέρους ἀφῆκε πάντας θεός, οὐδένα δοῦλον ἡ φύσις πεποίηκεν (Orat. Att. Bait.-Sauppe II p. 154. Spengel, Arist. Rhet. II 179).* Post pugnam apud Mantineam commissam (a. 362 a. Ch. n.) declamationem hanc conscriptam esse docuit *J. Vahlen, Sitz.-Ber. d. Wien. Ak. ph.-hist. Cl. 1863 t. 43 p. 505 s. = Ges. philol. Schr. I p. 131 s.* — cf. etiam *Zeller, Ph. d. Gr. I b⁵ p. 1129 n. 2.*

atque alii iniustam utique iudicasse videntur.[1][2]) Revera autem perrara sunt testimonia, e quibus, quid de mulieribus matrimoniove censuerint sophistae, resciscamus. Atenim **Gorgiae** totum integrumque ad nos pervenit Ἑλένης ἐγκώμιον[3]). Sed fallitur, qui hac declamatione rhetorica, qua nulla sua culpa impudicitiae infamia flagrare Menelai uxorem confirmans[4]) artem suam ostentat Gorgias, profecturos nos aliquid esse speret loci περὶ γάμου vestigia indagantes; neque enim ullam habet orator rationem mutui usus coniugum neque omnino quicquam de propria mulierum indole vel condicione prodit. Tamen non prorsus desunt testimonia, quibus Gorgiae sententia aliquo modo illustretur. Velut in *Plutarchi libello de mul. virt. p. 242 F (= 76 B 22 Diels)* legimus: ἡμῖν δὲ κομψότερος Γοργίας φαίνεται, κελεύων μὴ τὸ εἶδος ἀλλὰ τὴν δόξαν εἶναι πολλοῖς γνώριμον τῆς γυναικός[5]), et

---

[1]) Cf. *Arist. Pol. I 3, 1253 b 20 s.; 6, 1255 a 7 ss. Zeller l. l.:* „Aristoteles spricht auch Pol. I 6, 1255 a 8 von πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς νόμοις, welche die Sklaverei der Ungerechtigkeit anklagen, und c. 3 fasst er oder der Gegner, den er zunächst im Auge hat, diese Anklage (wie der Trimeter: νόμῳ γὰρ ὃς μὲν δοῦλος ὃς δ᾽ ἐλεύθερος (1253 b 21) zeigt, der auch c. 6, 1255 b 5 durchklingt) in die Worte eines Tragikers, möglicherweise des Euripides ..... oder des Gorgiasschülers Agathon".

[2]) Juxta rei publicae administrandae rationem etiam artem oeconomicam maiorem intra sophistarum doctrinam ethicam locum tenuisse constat; cf. e. g. *Plat. Gorg. p. 520 E* .... ὅντιν᾽ ἄν τις τρόπον (ὡς βέλτιστος εἴη καὶ) τὴν αὑτοῦ οἰκίαν διοικοῖ ἢ πόλιν, et *Prot. p. 318 E.* Artis oeconomicae autem partem τὴν γαμικὴν disertis verbis exposuit *Aristoteles Pol. I 3 p. 1253 b 3 ss.* Ceterum de sophistis oeconomiae praeceptoribus cf. *G. Vogel, Die Oekon. des Xenophon. Diss. Erl. 1895, p. 19 - 24. M. Hodermann, Quaestionum oeconomicarum specimen. Berl. Stud. XVI (1896) 4, p. 7 – 10. Fr. Wilhelm, Die Oeconomica der Neupythagoreer Bryson etc., Rh. M. 70 (1915) p. 163 s.*

[3]) *ap. Diels F. d. V.³ 76 B 11, II p. 249 - 255* et *Fr. Blass, Antiphontis orationes et fragmenta adiunctis Gorgiae . . . declamationibus² (Lips. 1908) p. 150 – 159.*

[4]) Cf. declamationis conclusionem (*20, p. 255, 4 ss. Diels³*): πῶς οὖν χρὴ δίκαιον ἡγήσασθαι τὸν τῆς Ἑλένης μῶμον, ἥτις εἴτ᾽ ἐρασθεῖσα εἴτε λόγῳ πεισθεῖσα εἴτε βίᾳ ἁρπασθεῖσα εἴτε ὑπὸ θείας ἀνάγκης ἀναγκασθεῖσα ἔπραξεν ἃ ἔπραξε, πάντως διαφεύγει τὴν αἰτίαν;

[5]) Confert hoc dictum aequum probumque Plutarchus cum praeclaris illis verbis severioribus, quibus Pericles Thucydideus (*II 45, 2*) magnam fore laudem dicit viduis τῆς . . . ὑπαρχούσης φύσεως μὴ χείροσι γενέσθαι . . . καὶ ἧς ἂν ἐπ᾽ ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι κλέος ᾖ; manifesta videntur *Wilamowitzio* (*Herm. XI, 1876, p. 294 s.; Griech. Leseb. II 1 p. 101*) in Thucydide „et imitatio et proprium illud imitationis faceta facetioribus superandi

ap. *Platonem Men. p. 71 E* muliebris virtutis definitionem a Gorgiae discipulo prolatam[1]) habemus, qua tamen cum nil nisi diligentem domus dispensatricem deditamque viro esse uxorem debere censet, a communi suae aetatis opinione auctorem nondum discrepare apparet. Prioris sententiae antithesin etsi nusquam alibi eodem similive modo iteratam repperi[2]), tamen fieri non potest opinor, quin de locis moneamur creberrimis, qui ad fidam honestamque *οἰκουρίαν* tamquam excellentissimam mulieris virtutem spectant, velut — ut paucos quosdam eosque graviores commemorem — *Eur. Troad. vv. 645 ss. Men. fr. 546 K. III. Plaut. merc. 821 s.* — cf. etiam *Philo legg. spec. § 31 W.-C., p. 327 M., Plut. praec. coniug. 9 p. 139 C, 32 p. 142 D*[3]).

Plura etiam sunt quae cum altero illo testimonio e Platonis Menone hausto contendi possint: cf. *Xen. Oec. VII 22*; *[Arist.] Oec. I 4 p. 1344 a 2 s. III 1 p. 140, 20 ss. Rose*[3]; *Naumach. ap. Stob. Anth. IV*[1] *23, 7 p. 571, 7 s. Hense*; alios locos plurimos, quibus quae sint officia mulieris a viri officiis discernuntur.

Post haec ipsius Gorgiae placita nescio an facete illud dictum addere liceat, quod apud *Plutarchum praec. coni. 43 p. 144 BC (= 76 B 8*[a] *Diels)* Melanthio nescio cui (an tragico?) tribuitur orationem „Olympicam" *περὶ ὁμονοίας*, cum a Gorgia ad Graecos habebatur[4]), ita recusanti: *οὗτος ἡμῖν συμβουλεύει περὶ ὁμονοίας, ὃς αὑτὸν καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν θεράπαιναν ἰδίᾳ τρεῖς ὄντας*

---

studium", id quod probabilitate quadam non carere arbitror, quoniam Thucydidem Gorgiae dictionem imitatum esse discimus ex *Dion. Hal. ep. II 2 p. 792 R.; iud. de Thuc. 24 p. 869;* cf. *Blass, Att. Ber. I p. 203 ss.; Zeller I b*[5] *p. 1058 n. 4.*

[1]) Ipsius Gorgiae hanc sententiam esse docuerunt *Zeller l. l. p. 1122 s. n. 3. Schanz, Beitr. zur vorsokr. Philos. aus Plato, I (Gött. 1867) p. 120, G. Vogel, Die Oek. d. Xen. p. 20 n. 4. M. Pohlenz, Aus Platos Werdezeit (1913) p. 168.*

[2]) Non enim plane idem esse videtur, cum mulieris fama virtusque potior esse dicitur quam formae vel ornatus species, id quod legimus ap. *Xen. Oec. VI 43. [Arist.] Oec. III 1 p. 140, 14 ss. Rose*[3] *Plut. praec. coni. 46 p. 144 F* et apud poetas scaenicos velut *Eur. Andr. 207 s.; fr. 212. 548, 909 N.*[2] *Antiphan. fr. 264* (e *Stobaei* capite quod inscribitur *γαμικὰ παραγγέλματα*), *Titin. fr. 58 CRF Ribb. p. 142. Publ. Syr. sent. 41 (ibd.).*

[3]) Cf. *Fr. Wilhelm, Rh. M. 70, p. 209.*

[4]) a. 408, secundum *U. v. Wilamowitz, Arist. u. Ath. I p. 172.*

ὁμονοεῖν οὐ πέπεικεν. ἦν γὰρ — sic explicat Plutarchus — *ὡς ἔοικέ τις ἔρως τοῦ Γοργίου καὶ ζηλοτυπία τῆς γυναικὸς πρὸς τὸ θεραπαινίδιον*[1]). Quod etiamsi Gorgiae affictum esse apparet[2]) tamen nos quidem in memoriam revocamur similium bellorum intestinorum, quibus in comoedia Attica patres familias illos laborare videmus, cf. *Menandri. Πλόκιον fr. 402 ss. (= Caec. Stat 142 ss. Ribb.), Plauti Asinariam, Casinam, Menaechmos, Mercatorem, Terentii Phormionem;* denique *Alciphr. epist. I 6, II 31, III 36, 2, Euripidis Andromacham.* Cf. *Legrand, Daos p. 155.*

Protagorae, Hippiae, Prodici de sententiis quod prorsus nihil comperimus, eo magis dolendum esse videtur, quod ipsi eorumque assectatores talium rerum tractatione haud abstinuisse videntur; sed quae *Ferd. Dümmler, Prolegg. zu Platos Staat eqs., Kl. Schr. I p. 212* de sophistarum quorundam scriptis ad has quaestiones pertinentibus — de consanguineorum coniugio mulierumque communione maxime agitur — ex *Euripidis* fabulis (*Androm., Hipp., Med., Aeolo, Oedipo*) et *Xenophontis mem. IV 4* erui posse arbitratus est, ea licet habeant aliquam probabilitatem[3]), tamen vix satis sunt certa, quibus tamquam testimoniis hac in commentatione utamur[4]). Quo maioris igitur pretii est **Antiphontis** sophistae fragmentum *80 B 49 Diels (= fr. 131 ap. Blass. ed. Antiph. or. append.)*[5]), quae prima est, quam quidem noverimus, vitae caelibis laudatio philosophica vel rhetorica. Sic autem ratiocinatur sophista: tamquam discrimen (*ἀγών*) est vitae humanae nuptiarum dies; nam aut malum erit matrimonium quod inieris — difficile autem est mulieris repudium —, aut, si

[1]) Cf. *Democr. fr. 55 B 214 Diels*² (v. i.).

[2]) „Gut erfunden, aber kaum wahr" *Blass, Att. Ber. I² (1887) p. 58 s. n. 1*; cf. *Isocr. or. XV 155/6: Γοργίας . . . οὔτε γυναῖκα γήμας οὔτε παῖδας ποιησάμενος.*

[3]) Testimonii loco addere potuit, quod de Persarum incestu legitur in artis sophisticae libello illo, qui inscribitur *Dialexeis 83, 2, 15 Diels* (cf. i.) atque a posterioribus terebatur; cf. e. g. *Diog. L. I 7. IX 83.*

[4]) Cf. etiam i. ad Eurip.

[5]) Fusius egerunt de hoc fragmento *Edg. Jacoby, De Antiphontis sophistae Περὶ ὁμονοίας libro, Diss. Berol. 1908, p. 30 ss.* et *Wilh. Altwegg, De Antiphonte qui dicitur sophista quaestionum particula I. De libro π. ὁμονοίας scripto, Diss. Basil. 1908, p. 22 ss.*

bonam optatamque duxeris uxorem, non tam voluptatem deliciasque ex ea habebis quam curas sollicitudinesque duplicatas; quae paene intolerabiles fiunt liberis procreatis. — Qua argumentatione omnia fere videlicet, quae contra matrimonium adhuc audivimus, exsuperat Antipho, quippe qui ad certam conclusamque rationem atque disciplinam revocet[1]), quod priores obiter tantum neque omnes sibi semper constantes elocuti sunt. *Hesiodi* (*Th. 591 ss.*, praecipue *607 ss.;* v. s.), *Semonidis* (*fr. 7, vv. 94 ss.*; v. s.), *Thaletis* (v. s.), *Democriti (fr. 170 Diels;* v. i.) quidem memoriam quodammodo inicit ipsa et universa matrimonii repudiatio, sed posteriorum potius exemplum quam priorum imitationem esse hanc caelibatus laudem existimaverim collatis *Cynicorum*[2]) et *Epicureorum*[3]) placitis, *Theophrasti* libello de matrimonio *(ap. Hieron. adv. Jovin. I 47 p. 313 C ss.)*, mediae novaeque comoediae locis communibus velut *Anaxandr. fr. 52, Men. fr. 648, 649. Monost. 56 (595), 78, 91, 437, 468. Plaut. Mil. 679 ss. Ter. Ad. 42 ss., 866 ss.*, denique *Anth. Pal. XI 388 Dübn.* Maxime etiam cum Antiphontis frg.⁰ 49 conspirant *loci* quidam *Euripidei*, quibus singulis afferendis supersedere mihi liceat, quoniam diligentissime iam functus est hoc munere *Wilh. Altwegg l. l. p. 60 ss.* praeeuntibus *Duemmlero (Kl. Schr. I 150 ss.), Nestleio p. 249 ss., Jacobyo p. 33 ss.* Nimis vero ursisse hunc consensum ego quoque[4]) virum doctum Basiliensem puto, qui Antiphontis sapientiam pluribus locis cum *Alcestidis (238 ss., 874 ss.)*[5]) tum *Medeae (230 ss., 1090 ss.)* aliarumque (e. g. *Suppl. 786 ss.*) adhibuisse poetam tragicum arbitratus est. Immo recte mihi iudicasse videtur *E. Jacoby* „maxime cavendum“ esse dicens, „ne quis temere ea quae omnium communia sint, singulis attribuat“ *(l. l. p. 35 s.)*. P o t e s t quidem alter ab altero pendere neque verba καινοῦ δαίμονος ἄρχει (sc. nuptiarum dies), καινοῦ πότμου. μέγας γὰρ ἀγὼν

[1]) Cf. *Dümmler, Akademika (Giessen 1889) p. 171 s. Altwegg l. l. p. 37.*

[2]) Cf. *Mullach F. Ph. G. II p. 271. Zeller, Ph. d. Gr. II a^4 p. 321 ss. [Diog.] epist. 47, p. 257 Herch.*

[3]) Cf. *Usener, Epic. fr. 19 p. 97 et 98, 3 ss., 6 ss.!; fr. 526 p. 319 s. Zeller, Ph. d. Gr. III a^3 p. 459.*

[4]) Cf. *Diels Vors.^{3} p. 300 adn.*

[5]) Quam fabulam omnino ut componeret Euripidem Antiphonteis ipsis permotum esse coniecit *Altwegg p. 63.*

γάμος ἀνθρώπῳ tragici esse coloris infitias ibimus[1]). Sed omnes illae similitudines vix idoneae sunt, quibus tam arte inter se cohaerere sophistam poetamque persuadeatur nobis memoribus semper harum rerum duarum: neque omnino integras totasque litteras Graecorum ad nos pervenisse neque in earum, quae servatae sint, interpretatione ipsius vitae ut praecipuae hominum magistrae obliviscendum esse. Itaque neque unum Antiphontem talia de matrimonio illis temporibus protulisse autumaverim — id quod ipsa commentatione mea quodammodo illustrari spero — neque solas Antiphonteas[2]), sed plerasque eiusmodi sententias ad ipsius vitae peritiam aliquo modo redire monuerim. Qua ratione minime videlicet impedimur, ne nos quoque ad Antiphontis sententias singulas aliorum sive priorum sive aequalium sive posteriorum iudicia simillima afferamus. Ac divortii difficultatem queritur etiam *Euripidea* persona quaedam ex parte virorum[3]) *fr. 502, v. 6 N.*², *Anaxandridis* ex parte mulierum *fr. 56*, quocum conferas *Eur. Med. 236 s.* — Crebriores leguntur querelae de incommodis τεκνοτροφίας; cf. — praeter *Thaletis, Cynicorum, Epicureorum* sententias — *Eur. Alc. 885 ss. Med. 1090—1115. fr. 571, 908 N.*² (cf. *W. Nestle, Eur. p. 269 s.*). *Men. fr. 418, 649, 166. Com. fr. ad. 134 K. III. Plaut. Mil. 719.* — *[Plat.] Alcib. II p. 315 D. Theophrast. de matrim. ap. Hier. adv. Jov. I 47 p. 315 D. Anth. Pal. X 124* vol. II 273 Dübn.*

Prae tanto Antiphontis testimonio levia sunt quae ultima inveni documenta a veterum sophistarum controversiis sine dubio

---

[1]) Anapaesticos numeros cognovit iam *Gaisford* (*ed. Stob.*) atque tragicum locum esse iudicaverunt *Herwerden* (cf. *Diels ad l.*) et *Nauck*, qui inter *TGF adespota* (*542*) recepit verba καινοῦ δαίμονος — πότμον. Quin ipsius Euripidis versum *Med. 235* subesse Antiphonti contra Dümmlerum (*Akad. 171*) et Altweggium (*p. 66*) Antiphontem in loco Euripidis agnoscentes iudicat *Diels*, id quoque mea quidem sententia nimis audacter (cf. *H. Gomperz, Sophistik u. Rhetorik, 1912, p. 63 n. 109a*).

[2]) Cf. *Altwegg l. l. p. 37.*

[3]) Quod tamen minus consentaneum videtur iuri Attico nullis condicionibus vel ritibus legitimis mulieris ἀπόπεμψιν marito difficiliorem facienti nisi forte dotis restituendae officio. Cf. *L. Beauchet, Hist. du droit priv. de la rép. Ath. I (1897) p. 378 ss. H. Lipsius, Att. Recht u. Rechtsverf. II 2 p. 486.*

repetita, **Dialexeon**[1]) quae vocantur dico locos quosdam velut *2, 5. 15. 17;* sed certe ex his quoque disputationibus intellegimus quinto iam saeculo de rebus coniugalibus ac mulierum apud Graecos barbarosque moribus et condicione disseruisse illos sapientiae professores, eoque minus haec omittenda mihi visa sunt, quod per hoc commentariolum a discipulo quodam exceptum quasi ipsum sophistae cuiusdam auditorium introspicientes videmus, „wie ein Dozent ohne jede Pose über die aktuellsten Themata nach dem beliebtesten Schema das vorbringt, was die jungen Leute interessiert" (sic. *M. Pohlenz, Aus Platos Werdezeit. Berl. 1913 p. 74)*[2]).

Raris his doctrinae sophistarum reliquiis collatis ut mirabilis viri illius cognoscamus iudicium restat, quem et ipsi aequales plerique eiusdem disciplinae esse defensorem putabant et rursus recentioris aetatis viri docti quasi clarissimum sophistarum maximeque insignem iure quodam dicunt[3]). At vero, quae de **Socrate** hac in re expedire possumus, non modo pauca, verum etiam satis incerta sunt. Vel num ipse alteram praeter Xanthippam mulierem sive uxorem sive concubinam „legitimam" sibi simul adiunxerit[4]) — id quod lege quadam belli Peloponnesiaci temporibus a populo Attico sancta permissum esse traditur[5]) — quamquam Socratis ingenio vix convenire videtur, tamen hodie etiam controversia est certis argumentis nondum diiudicata[6]).

---

[1]) ca. annum 400 a. Ch. n. conscriptum esse hoc „wenig erfreuliche, aber höchst charakteristische Dokument dialektischer Rabulistik" (*Gercke, Einl. i. d. Alt. I p. 336*) ex eo apparet, quod Athenarum ruinae tamquam τὰ νεώτατα memorantur (*1, 8*). Uberius de Dialexeon libello disseruit *H. Gomperz, Sophistik und Rhetorik, 1912, p. 138 ss.*

[2]) De Hippia vel Hippiae sectatore tractatus auctore conicit idem vir doctus *p. 77* praeeuntibus *Dümmlero, Triebero, Gomperzio,* de sophista Protagorae doctrina imbuto *Diels³ p. 334 adn.* praeeuntibus *Jacobyo (de Antiph. p. 43 n. 99), Henrico Gomperz (Sophist. u. Rhet. p. 139 ss.).*

[3]) Cf. *Gercke, Einl. i. d. Alt. II p. 309.*

[4]) Cf. *Diog. L. II 26. Athen. XIII 2 p. 556 A.*

[5]) Revera extitisse Athenis eiusmodi legem negat *Beauchet, Dr. pr. I p. 73 ss., 97 ss.,* fatetur *H. Lipsius, Att. Recht II 2 (1912) p. 479.*

[6]) Qua de re novissimi explicaverunt *Lipsius l. l. p. 479 s. n. 31,* et *A. Busse, Sokrates („Die grossen Erzieher" VII), Berl. 1914, p. 89,* hic prorsus detestatus traditionem tam absurdam, ille extremae Socratis aetati attribuens

Equidem certe illud opprobrium, quod simul duas habuerit uxores Socrates, ut a biographis Graecis vetustis inventum [1]) respuerim. Quin potius quod vel unam duxerit mireris, si reputes, quam parvi omnino fecisse videatur rem coniugalem et in ipsa vita et in disputationibus admodum neglegens consuetudinis domesticae. Sed ex iis, quae de cotidiana Socratis vita comperimus vel quae Socraticis e sermonibus colligantur, communem suae aetatis de matrimonio opinionem vix superasse efficimus virum ceteroqui ingenio tam proprio excellentem. Nam, ut ad singula transeam, una fere sententia vere Socratica illa esse videtur, quam prodit *Xenophon Mem. II 2, 4,* ubi de proborum liberorum procreatione tamquam de matrimonii summa loquitur [2]). Atque ut ipse quoque hoc officium rei publicae omnique hominum societati debitum praestaret, aetate longius iam provectus uxorem duxit (multis certe annis minorem) [3]), quae iam in *Xenophontis convivio (II 10)* mulier *τῶν οὐσῶν, οἶμαι δὲ τῶν γεγενημένων καὶ τῶν ἐσομένων χαλεπωτάτη* describitur [4]). Quibus rebus in memoriam revocatis minus credo nobis mirus erit Socrates et in ipso vitae usu [5]) et in philosophia rei coniugalis neglegens.

Myrtonis coniugium contra priores viros doctos testimoniorum fidem omnino refutantes velut *Beauchet l. l. p. 67 s., 89 s., Zeller, Ph. d. Gr. II a⁴ p. 54 ss. n. 2.*

1) Sic *E. Bickel, Diatribe in Sen. phil. frgª. I p. 131 n. 1.*

2) Ex Antisthene locum sine dubio hausit Xenophon Socratem dicentem faciens non *ἀφροδισίων ἕνεκα* liberos procreare homines, *ἐπεὶ τούτων γε ἀπολυσάντων μεσταὶ μὲν αἱ ὁδοί, μεστὰ δὲ τὰ οἰκήματα.* Cynicorum enim erat naturae cum qualibet muliercula satisfacere. Cf. Antisth. ap. *Xen. Conv. IV 38; Diog. L. VI 3.* Antisthenem vero eo quod praecipit matrimonium (cf. etiam *Diog. L. VI 11: γαμήσειν τε* ⟨sc. *τὸν σοφὸν*⟩ *τεκνοποιίας χάριν ταῖς εὐφυεστάταις συνιόντα γυναιξί*) Socratem secutum esse suo iure eo vero similius iudicat *H. Maier, Sokrates (Tüb. 1913) p. 412 n. 2,* „als sich von seinem eigenen Standpunkt aus folgerichtig die Verwerfung der Ehe ergeben hätte".

3) Cf. *H. Maier l. l. n. 3,* ubi bene de puerili aetate filiorum Socratis morientis monemur (cf. *Plat. Apol. 34 D, 41 E. Crit. 45 CD; Phaed. 60 A, 116 B*).

4) Cf. ibd. De Xanthippa a posteris — Antisthene fortasse auctore — nimio obruta opprobrio cf. praeter alios, velut *E. Zeller, Zur Ehrenrettung der X., Vortr. u. Abh., Leipz. 1865, p. 51-61,* etiam *J. van Leeuwen, Ar. Eccl. prolegg. p. VIII ss.* ac novissime *A. Busse, Sokrates p. 88-90.*

5) Sic etiam Socrates ille extitit, qui, cum supplicii horam appropinquare comperiret, uxorem lamentantem pectusque tundentem cum filiolis abduci iussisse narratur (*Plat. Phaed. 3 p. 60 A; 65 p. 116 B; 66 p. 117 D*).

At videamus, quae praeterea in Socraticis, qui dicuntur, vel aliis libris tamquam ipsius Socratis de mulieribus matrimoniove placita afferantur. Certe Socrate non indigna videntur ea, quae eum dicentem facit *Xenophon Conv. II 9:* ἡ γυναικεία φύσις οὐδὲν χείρων τῆς τοῦ ἀνδρὸς οὖσα τυγχάνει, ῥώμης δὲ καὶ ἰσχύος δεῖται, quo cum iudicio et aliud ipsius placitum de unica atque eadem omnium hominum virtute[1]) congruere apparet, nec casu fortuitoque ceteri Socratis discipuli consentire videntur. Cf. *Antisth. ap. Diog. L. I 12 = fr. 53 Mull.; Plat. rep. V 4 s. (praec. p. 455 DE, 456 A), Tim. 1 p. 18 C, Meno p. 72 D ss. Th. Gomperz, Griech. Denker II (1902) p. 65 s.* et *539*[2]). Quam cum Socratis sententiam fuisse satis constet, cetera omnia incertiora sunt velut quae ei in Xenophontis Oeconomico tribuuntur, cui libello maxima ex parte suas ipsius cogitationes mandasse apparet discipulum[3]). Dubitamus igitur de origine Socratica eius sententiae quae legitur *Oec. III 15* (γυναῖκα κοινωνὸν ἀγαθὴν οἴκου οὖσαν πάνυ ἀντίρροπον εἶναι τῷ ἀνδρὶ ἐπὶ τὸ ἀγαθόν). Neque pro explorato habuerim ipsius Socratis esse illud praeceptum, quod Xenophon *Oec. III 10 ss., Conv. II 9* de uxore erudienda mirum sapientiae magistrum dedisse narrat, quamquam id quidem non discrepat ab iis, quae Socrates de amore sexuumque consuetudine opinatus esse videtur; quam opinionem Aeschinis reliquiis potissimum nisus, quem Socratis imaginem veritati proximam descripsisse veteres collaudabant[4]), hisce verbis luculenter illustravit *P. Natorp (Philol. LI,*

---

[1]) Cf. *Arist. Pol. I 13 p. 1260 a 21 s., Plat. Meno p. 73 A s.; Ed. Zeller, Ph. d. Gr. II a⁴ p. 146.*

[2]) De Socrate eius sententiae auctore dubitat *H. Maier (l. l. p. 413 s. n. 1)*, qui eam cum *Antisthenis frg.⁰ 53 Mull. (= Diog. L. VI 12)* confert: ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή; sed ipse concedit: „soweit damit nur für die Frau die gleiche sittliche Anlage und das gleiche sittliche Ziel in Anspruch genommen ist, entspricht die Behauptung zweifellos sokratischen Grundgedanken".

[3]) Cf. *Ed. Zeller l. l. p. 166 s. n. 6. K. Joël, Der echte und der Xenophontische Sokrates. I (1893) p. 28 ss. II (1901) p. 989. H. Maier, Sokrates p. 18–20.*

[4]) Cf. *Aristid.* Π. ῥητορ. (*or. 45*) *20* (*ed. Dind. II p. 24*), ap. *Dittmar l. l. p. 260; [Demetr.]* Π. ἑρμην. *297 ed. Raderm. p. 61,* ap. *Dittmar l. l. p. 262. E. Zeller, Ph. d. Gr. II a⁴ p. 291* cum *n. 4.* — Minoris facit Aeschinem *H. Maier, Sokr. p. 52 et 149.*

1892, p. 499): „Die Liebe bedeutet für Sokrates geradezu den Trieb zur Erkenntnis, genauer die Gemeinschaft in solchem Trieb, die Fortpflanzung dieses Triebes auf den andern". Cf. etiam *H. Dittmar, Aisch. von Sphettos, p. 39 c. n. 130; 118 c. n. 53.*

At magis, ne quis quicquam desideret quam quod pro certis testimoniis sapientiae Socraticae ipse habeam hos locos, affero etiam *Stobaei* eclogam *Anth. IV 23, 58 p. 588, 3 ss. H.*, qua mulierum officium esse praedicatur πείθεσθαι . . . τοῖς τῶν συνοικούντων ἀνδρῶν ἤθεσι, ac quod *Xenophon Mem. I 1, 8* praeceptorem suum de pulchra uxore dixisse narrat affirmantem οὔτε τῷ καλὴν γήμαντι, ἵν' εὐφραίνηται, δῆλον εἶναι, εἰ διὰ ταύτην ἀνιάσεται, οὔτε τῷ δυνατοὺς ἐν τῇ πόλει κηδεστὰς λαβόντι δῆλον εἰ διὰ το'-τους στερήσεται τῆς πόλεως; quibuscum conferas velim *Stob. Anth. IV 22, 59 p. 520, 6 ss. H.*: Σωκράτης ἐρωτηθεὶς τίνες μεταμέλονται τῶν ἀνθρώπων, εἶπεν 'οἱ γήμαντες', quod apophthegma, quamquam eiusmodi dicta fide carere haud ignoro, tamen non omittendum puto, quippe cum patrum familias exemplis, quas e comoedia novimus, tam commode comprobetur.

Denique non ab re mihi esse videtur hoc loco de usu atque familiaritate commemorare, qualem illustri philosopho cum celeberrima illius aetatis femina Aspasia intercessisse traditum est ap. *Xen. Mem. II 6, 36*; *Oec. III 14. Plat. Menex. p. 235 E schol. Plut. Pericl. 24* aliosque[1]); cf. etiam *Cic. de invent. I 31, 51* et *Quintil. inst. or. V 11, 27 s.* de *Aeschinis dialogo* Ἀσπασία[2]).

Plane seorsum ab ea, quae Athenis maxime et sophistis et Socrate auctoribus efflorescebat philosophia, **Democritus** Abderita, cuius multiplex variumque ingenium non modo in rerum naturalium investigatione et explicatione, sed etiam in statuendis hominum officiis versabatur, apud Graecos docuit atque — illorum exemplum fortasse secutus[3]), sed tamen propria via — doctrinam rationemque bene vivendi instituit, quae dignissima

---

1) Cf. *H. Dittmar, Aisch. v. Sphett. p. 38 s.* cum *nn. 126-129; ibd. fr. 29 p. 280 s.*

2) *fr. 8 p. 41 ed. Krauss (1911); fr. 31 p. 281 ss. Dittmar l. l.* (v. i.). Cf. etiam *G. Busolt, Griech. Gesch. III 1 (1897) p. 511 s.*— Brevissime rem exposuit *H. Maier l. l. p. 400 n. 1.*

3) Cf. *Zeller, Ph. d. Gr. I b⁵ (1892) p. 933.*

videtur, quam iuxta Socratis doctrinam moralem spectemus[1]). Quemadmodum autem — tamquam Epicuri disciplinae auctor — omnino animi tranquillitatem finem esse bonorum edocet[2]), ita ex hac eadem ratione de re coniugali iudicat, ad quod illustrandum ipsa *Zelleri* verba ascribere mihi liceat (*Ph. d. Gr. I b*[5] *p. 932*): „Eine höhere sittliche Auffassung der Ehe fehlt ihm zwar, doch nicht mehr als sie seiner ganzen Zeit fehlte; was ihm aber daran vorzugsweise zum Anstoss gereicht, ist nicht das Sittliche, sondern das Sinnliche dieses Verhältnisses. Er hat eine Scheu vor dem Geschlechtsgenuss, weil darin das Bewusstsein von der Lust überwältigt werde und der Mensch an einen gemeinen Sinnenreiz sich hingebe“[3]).

Inter fragmenta autem unum invenitur praeceptum, quod magis quam cetera idoneum videtur, ut a nobis accuratius animadvertatur. Haec enim legimus apud *Clem. Al. strom. II 138, 3* (*II p. 189, 15 ss. St.*) = *55 A 170 Diels*[2]: *Δημόκριτος δὲ γάμον καὶ παιδοποιίαν*[4]) *παραιτεῖται διὰ τὰς πολλὰς ἐξ αὐτῶν ἀηδίας τε καὶ ἀφολκὰς ἀπὸ τῶν ἀναγκαιοτέρων.* Similitudo, quae inter hanc

---

[1]) De temporum ratione cf. quae contra *Diog. L. IX 41 (55 A 1 Diels)* et discrepantes a priorum virorum doctorum iudiciis (velut *Zelleri l. l.*, *Dielesii Mus. Rh. 42 (1887), 1 ss.*, *Natorpii ibd. p. 374 ss.*) protulerunt *Windelband-Bonhöffer, Gesch. d. ant. Philos.*[3] *Münch. 1912, p. 121* et *W. Kranz, Herm. 47 (1912) p. 20 s.* et *42*, qui — nescio an extra modum prodiens — Platonis potius quam Socratis aequalem fuisse Democritum censens eius opera „erst gegen 400 und bis weit in das 4. Jahrh. hinein“ conscripta esse vult.

[2]) Cf. *Diog. L. IX 45 = Diels*[2] *55 A 1 p. 352, 32 ss.*: *τέλος δ᾿ εἶναι τὴν εὐθυμίαν, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ὡς ἔνιοι παρακούσαντες ἐξηγήσαντο (ἐξεδέξαντο D.*[3]*), ἀλλὰ καθ᾿ ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου ἢ δεισιδαιμονίας ἢ ἄλλου τινος πάθους. καλεῖ δ᾿ αὐτὴν καὶ εὐεστὼ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασι.*

[3]) *Diels 55 B 32*: *ξυνουσίη ἀποπληξίη σμικρή· ἐξέσσυται γὰρ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου καὶ ἀποσπᾶται πληγῇ τινι μεριζόμενος.* *Diels 55 B 127*: *ξυόμενοι ἄνθρωποι ἥδονται καί σφιν γίνεται ἅπερ τοῖς ἀφροδισιάζουσιν.*

[4]) Cf. praeter *frg.*[a] *275* et *276 Diels* etiam *fr. 277 ibd.*: *ὅτεῳ χρήμη τεά ἐστι παῖδα ποιήσασθαι, ἐκ τῶν φίλων τεύ μοι δοκεῖ ἄμεινον εἶναι. καὶ τῷ μέν παῖς ἔσται τοιοῦτος, οἷον ἂν βούληται· ἔστι γὰρ ἐκλέξασθαι οἷον ἐθέλει· καὶ ὃς ἂν δοκῇ ἐπιτήδειος εἶναι, κἂν μάλιστα κατὰ φύσιν ἕποιτο. καὶ τοῦτο τοσοῦτον διαφέρει, ὅσον ἐνταῦθα μὲν ἔστι τὸν παῖδα λαβεῖν καταθύμιον ἐκ πολλῶν, οἷον ἂν δέῃ. ἢν δέ τις ποιῆται ἀπὸ ἑωυτοῦ, πολλοὶ ἔνεισι κίνδυνοι· ἀνάγκη γάρ, ὃς ἂν γένηται, τούτῳ χρῆσθαι.* Quam ipsam Democriti sententiam cum ab *Euripide.*

matrimonii repudiationem intercedit et inter eam, quam ab Antiphonte sophista pronuntiatam modo cognovimus, neminem opinor effugiet. Sed propius etiam quam Antiphontis aliorum inferioris aetatis et philosophorum[1]) et comicorum locos fragmentaque infra videbimus accedere Democritum, qui non modo propter *τὰς πολλὰς ἀηδίας*, sed etiam *τὰς ἀφολκὰς ἀπὸ τῶν ἀναγκαιοτέρων*, ne vinculis iugalibus ipsi viri se constringant, dissuadet. Sed tamen non eo processisse Abderitam apparet, ut omnes homines uxorem ducere liberosque procreare vetaret[2]); immo — similiter ac postea Theophrastus, Stoici, Epicurus — nonnisi sapientibus eiusmodi consilia dare videtur, neque ita absurde iudicare mihi videatur, qui perfecti absolutique sapientis imaginem a posterioribus philosophis delineatam non modo ad Antisthenis, sed etiam ad Democriti doctrinam referat. Ceterum eius, qui sic de matrimonio iudicat, omnino non nimis bonam esse opinionem de mulierum ingenio satis est consentaneum ac probatur maxime *frg.*° *55 B 273: γυνὴ πολλὰ ἀνδρὸς ὀξυτέρη πρὸς κακοφραδμοσύνην.* Huc etiam pertinet quodammodo *frg. 55 B 110: γυνὴ μὴ ἀσκείτω λόγον· δεινὸν γὰρ* et *55 B 274 : κόσμος ὀλιγομυθίη γυναικί· καλὸν δὲ καὶ κόσμου λιτότης.* Simillima iam apud *Aeschylum* (*Sept. v. 232*) et *Sophoclem* (*Ai. v. 293*) invenimus et saepius etiam reperiemus. Ad feminas sine dubio spectat[3]) etiam *frg. 55 B 195: εἴδωλα ἐσθῆτι καὶ κόσμῳ διαπρεπέα πρὸς θεωρίην, ἀλλὰ καρδίης κενεά,* quocum conferas velim, quae s. ad *Semon. fr. 7, 57 ss.* attulimus. Praeterea mentionis dignum nobis videtur *frg. 55 B 111:*

fr. 491 N.[2] peti arbitratur *W. Nestle* (*Unterss. üb. d. philos. Quell. d. Eur., Philol. Suppl. VIII* (*1901*) *p. 590; Eur. p. 514 n. 56*), errare eum apparet; namque versus illos e *Melanippa vincta* exsumptos (Theano loqui videtur) non adversus liberorum adoptionem, sed suppositionem dictos esse liquet. Accedit quod Euripidis tragoediam illam ante Aristophanis *Thesmophoriazusas* doctam esse verisimillimum est (cf. *Wünsch, Rh. M. 49, 1894, p. 104*), ipse Democritus autem, cum in patria iam nominis famam adeptus esset (cf. *Zeller l. l. p. 933 n. 3*), Athenis plane ignotum se fuisse confitetur (cf. *Diog. L. IX 36 = Diels 55 B 116*).

[1]) *Συγκατατάττεται δὲ αὐτῷ καὶ Ἐπίκουρος.* — addidit ipse iam *Clem. Al. l. l.* (*Usener Epic. fr. 526 p. 319, 32 s.*)

[2]) Cf. *P. Natorp, Die Ethik des Dem. Text u. Unterss. Marbg. 1893. p. 118* atque *frg. 278 D.*

[3]) Cf. *Natorp l. l. p. 117.*

ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι ὕβρις εἴη ἂν ἀνδρὶ ἐσχάτη[1]), et quae ad bella domestica attinere fragmenta *55 B 271* et *288* cum probabilitate quadam coniecit *P. Natorp, Eth. d. D. p. 117.* Denique apophthegma ab Antonio qui dicitur Melissa traditum[2]) desideret aliquis hoc loco; quod num revera Democriti esse liceat arbitrari, id maxime dubium esse apparet, si gnomologiorum memoriam respicis atque idem dictum etiam Aristoteli tribui[3]) — eodem videlicet iure — audis.

---

[1]) Cf. et. *fr. 55 B 214:* ... ἔνιοι πολίων μὲν δεσπόζουσι, γυναιξὶν δὲ δουλεύουσιν, quod memoriam aliquam affert opprobrii illius adversus Gorgiam dicti (v. s. p. 41 s.) nec non narratiunculae, quae in *Plutarchi vita Themistoclis 18,3* legitur.

[2]) *p. 619,* ap. *Mullach FPhG frg. 180, I p. 351* (non inveni ap. Dielesium): Δημοκρίτῳ ἔφη τις· διὰ τί μέγας ὢν μικρὰν ἔγημας γυναῖκα; κἀκεῖνος εἶπε, Τοῦ κακοῦ ἐκλογὴν ποιούμενος τὸ ἐλάχιστον ἐξελεξάμην.

[3]) Cf. *Boisson. Anecd. gr. III p. 467.*

Capitum tabula.

Tabula capitum, quae **inedita** commentationis parte continentur.

libri manuscripti pag.

Vita.

Natus sum Fridericus Otto Buddenhagen a. d. XI. Kal. Aug. a. 1885 Basileae patre Friderico, artis musicae magistro, matre Sophia e gente Probst, quos mihi adhuc superstites esse laetor atque gaudeo. In gymnasio Basiliensi, quod inde ab anno 1896 per duo quadriennia frequentavi, veterum litterarum amor animum meum perfudit cum aliorum praeceptorum doctrina atque exemplum tum Theodori Plüss, cuius semper gratam memoriam retinebo. Vere anni 1904 maturitatis testimonium adeptus almae matri Basiliensi sum inscriptus operam navaturus studiis litterarum Graecarum, Latinarum, Germanicarum. At postquam quater vel quinquies sex menses inservivi doctrinis, quas mihi elegeram, vitae necessitate magis magisque cogebar, ut discipuli academici partes mutarem cum praeceptoris primo privati, deinde publici vicarii, postremo ordinarii in scholis municipioli Argoviani, cui nomen Wohlen est. Unde aestate anni 1917 commeatu petito Basileam me rettuli ad litterarum studia, quibus numquam prorsus renuntiaveram, legitime absolvenda.

Docuerunt me hi viri docti: A. Baumgartner, W. Bruckner, C. Cornelius, A. Burckhardt, A. Gessler †, Fr. Hagenbach †, Fr. Heman †, R. Herzog, E. Hoffmann-Krayer, C. Joël, A. Körte, E. Lommatzsch, J. Meier, Fr. Münzer, J. Pfuhl, H. Schöne, F. Sommer, E. A. Stückelberg.

Ad seminaria me admiserunt philologica Herzog, Körte, Lommatzsch, Münzer, Niedermann, Otto, Schöne, Sommer, germanica Bruckner, Meier, Petersen, paedagogica Heman.

Quibus omnibus viris debitam habeo gratiam, imprimis iis, qui propria mea studia inter hanc commentationem conscribendam alius magis alio foverunt atque adiuverunt: Herzogio, Jaegero, Immischio, Von der Mühllio. Denique facere non possum quin etiam Jacobo Wackernagel et Johanni Stroux hoc loco meritas gratias persolvam.